



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt
Omnia**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.

De Spectaculis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

A
interdicta esse, eo quod Christianum factum intelligant ex repu-
dio eorumdem.
XXV. Neque vero de Deo cogitare posse illic ubi nihil est de Deo, &
quale est de Ecclesia Dei in diaboli Ecclesiam tendere? illas manus
quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem
fartagare? ex ore quo Amen protuleris, gladiatoris testimonium
reddere: et omissas alii dicere, nisi Deo & Christo?
XXVI. Atque adeo non mirum esse, si eiusmodi demonis penetrabi-
les fiant ut duobus exemplis comprobatur.
XXVII. Cum illic nomen Dei blasphemetur, illic quotidiani leones in
Christianos expolentur, inde persecutiones decernantur.
XXVIII. Signentur in aque voluptatibus ethnicis, luceant Christiani,
quorum voluptas non in seculo, sed in celo esse debeat.
XXIX. Neque vero etiam hic voluptatibus carere Christianos multo
in uulnibus; Quibus pro Ludis Circensibus intueri liceat seculi
cursum, profana doctrina satis sit canonicorum, pro pugillatu
& luctu agones, quibus coronantur, sanguis denique Christi, si
fingimus aliquid velint.
XXX. Postremo, quale Spectaculum Adventus Domini in proximo,
cum tanta sacri vetustas vno hauriretur, rot Reges cum ipso Ioue
in immo tenebris congemiscerentur; item Praesides persecu-
tores, seu viribus quam ipsi seculum flammis liquecentes; denique
qualia illa, quae nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascenderunt.
Ceterum libri huius nominatim meminit ipse Tertullianus
lib. de Habitu muliebri. Nam (inquit) & omnes istae prophanae

Spectaculorum secularium voluptates, sicut de hys sicut volu-
men edidimus, ipsa etiam idololatria ex rebus Dei constat. Non
tamen ideo Circensioribus, aut arena atrocitatibus, aut Scena
turpitudinibus Christianum adfici oportet, quia Deus & Equum
& Pantheram, & vocem homini dedit. Sic etiam lib. de Coron.
militis, non Latino modo, sed & Graeco stylo, se de Spectaculis
scripsisse disertis verbis significat, quae in Tomum quintum disse-
rimus. Hinc est, quod Abbas Trithemius, & si non vidisset, alio-
qui initium libri sicuti aliorum descripturum, tamen inter opera
Tertulliani librum hunc recenset. Et iam olim ex illo multa de-
scripserunt B. Isidorus Eymol. lib. 18. cap. 16. 27. 28. 29. 34. 35.
37. 42. 43. 53. 46. 61. Hieronymus in De Natura rerum. Quare
optime de Republ. meritis est Gaguinus, qui primus in editione
Parisiensi in lucem edidit, quippe quam ad inellectum sacrae li-
ber iste omnium praeceptorum Auctorum, non sacrorum modo, sed &
prophanorum, sicuti de Spectaculorum aliquo genere mentio-
nem faciunt. Castigatus fuit deinde per Sigisfundum Gelenium
multis in locis ex Lelandi Britannico codice, denique nunc pu-
bly emendatur, partim ex Isidoro & Hieronymo & coniectu-
ris quibusdam Latinis, in totum autem ex codice Anglico, pie
memorie Dn. Doct. Ioannis. Clementis, viri longe eruditissimi:
Adiectis nunc primum & Argumento & Adnotationibus nostris,
quibus illustrantur obscuriores loci quae plurimum; vsque
adeo ut alio de Spectaculis commentario praer-
ter librum hunc posthac non
sit opus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI DE SPECTA-
CVLIS LIBER.

CAP. I.
C
D
CAP. II.
Gm.

Quia status fidei, quae ratio veritatis,
quod praescriptum disciplinae inter
cetera secularium errorum etiam spe-
ctaculorum voluptates adimat, Dei
Dei ferui cognoscite, qui cum maxi-
me ad Deum acceditis, recognoscite,
qui iam accessit vos testificari & confessi estis, ne aut
ignorando aut dissimulando quis peccet. Tanta est e-
nim vis voluptatum, ut ignorantiam protelet in occa-
sionem, & conscientiam corumpat in dissimulatione,
aut vtrunque. Adhuc forsitan alicuius opinionem ethico-
rum blandiuntur, quae in ista causa aduersus nosita ar-
gumentari consueverunt: Nihil obistere religioni in
animo & conscientia tua tanta solatia extrinsecus oculorum
vel aurium: nec vero Deum offendi oblectatione hominis,
qua saluo erga Deum metu & honore, suo in tempore &
suo in loco fieri scelus non sit. Atquin hoc cum maxime pa-
ramus demonstrare, quemadmodum isthaec non compe-
tant verae religioni & vero obsequio erga Deum verum.
Sunt qui existiment Christianum expeditum in omni
genus ad hanc oblationem abdicacione voluptatum
erudiri, quo facilius vitam continentant, amputatis
quasi retinaculis eius, ne desiderant, quam iam super-
uacua sibi fecerint: ut hoc consilio potius & huma-
no prospectu non diuino praescripto definitum exi-
stimetur. Pigebar scilicet etiam perseverantes in tan-
tis voluptatibus propter Deum mori. Quanquam &
si ita esset, tam apto consilio, tanta obstinatio disci-
plinae debebat obsequium. [] Iam vero nemo est,
qui non hoc quoque pretendat, omnia a Deo insti-
tuta, & homini attributa (sicut praedicamus) & vti-
que bona omnia, ut boni auctoris: inter haec depu-
tari vniuersa ista, ex quibus Spectacula instruuntur,
Circum verbi gratia, & Leonem, & vires corporis,
& vocis suauitates. Igitur neque alienum videri posse,
neque inimicum Dei, quod de conditione conset
ipsius neque cultoribus Dei vitandum, quod Dei non
sit inimicum, quia nec alienum. Plane & ipsa extru-

ctiones locorum, quod saxa, quod caementa, quod
marmora, quod columnae Deis sint, qui ea ad in-
strumentum terrae dedit: sed & ipsi actus sub caelo
Dei transiguntur. Quam sapiens argumentatrix tibi
videretur ignorantia humana, praesertim cum aliquid
eiusmodi de gaudiis & de fructibus seculi metuit amit-
tere. Plures denique inuenias, quos magis periculunt
voluptatis quam vitae, auocet ab hac secula. Nam mor-
tem etiam stultus ut debitam non extimecit, & volu-
ptatem etiam sapiens ut tantam non contemnit, cum
alia non sit & stulto & sapienti vitae gratia, nisi volup-
tas. Nemo negat, quia nemo ignorat quod vltro na-
tura suggerit, Deum esse vniuersitatis conditorem,
eamque vniuersitatem tam bonam quam homini
mancipatam. Sed quia non penitus Deum horunt,
nisi naturali iure non etiam familiari, de longinquo,
non de proximo, necesse est ignorent, qualiter admi-
nistrari aut iubeat aut prohibeat quae instituit, simul
quis sit aemulus ex diuerso adulterandis vobis diuinae
conditionis: quia neque voluntatem, neque aduersari-
um noueris eius, quem minus noueris. Non ergo
hoc solum respiciendum est, quo omnia sunt instituta,
sed a quo conuersa. Ita enim apparebit, cuius vis in-
stituta, si appareat, cuius non sint. Multum interest
inter corruptelam & integritatem, quia multum interest
inter institutorem & interpolatorem. Ceterum omnes
species malorum, quae etiam ethnici indubitate & pro-
hibent & defendunt, ex operibus Dei constant: Vis ho-
micidei ferro, veneno, magis deuiis conditionibus per-
fici. Tam ferrum Deires est quam herba, quam angeli.
Nunquid tamen in hominis necesse auctor ista prouidit?
Atquin omnem homicidei speciem vno & principali
praeccepto interimit: Non occides. Proinde atrum aes, ar-
gentum, ebur, lignum, & quaecumque fabricandis idolis
materia captum, quis in seculo posuit, nisi seculi auctor
Deus? Nihil tamen ut haec aduersus ipsos adorentur?
Atquin summa offensio penes illa idololatria est. Quid
non Dei est, quod Deum offendit: sed cum offendet, Dei esse

TULL
ERA

Exad. 10.

neceffe est de reatu generali idololatrie conditricis sua.
 61 Sed Circensium paulo pompator fuffegit, quibus proprie hoc nomen, *pompator*, prececidit, quous sit in semet ipsa probans, de 62 simulacrori serie, de imaginu agmine, de 63 currib, de thensis, de 64 armamaxis, de sedib, de coronis, de exuvijs, quanta fræta sacra, quata sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quor collegia, quot sacerdotia, quot officia moueatur, sciunt homines 65 illius visib, in qua demoniore conuentus cõcedit. Ea si minore cura per prouincias pro minorib, vitrib, administrantur, tamen omnes vbiq; Circenses illue deputandi, vnde & petuntur, inde inquinantur, vnde sumuntur. Nã & ritualis tenuis ex suo fonte, furculus modicus ex sua fronde, qualitate originis eõinet. Videt ambitio sue frugalitas eius quo Deum offendit, qualiscunque pompa Circi, & si pauca simulacra circumferat, in vno idololatria est: & si vnam thensam trahat, 66 Louis tamè plaurum est: quauis idololatria fordidè instructa, vel modice locuples, splendida est cõu criminis sui. [67 Vt & de locis secundum propõsit exequat, 68 Circus Soli pincipaliter cõsecratur: cuius ades medio spatio, & effigies de fastigio adis emicat, quod non putauerint sub recto consecrandu, quẽ in aperto habent. 69 Quod spectaculu primu à Circe habent. Soli patri suo, vt volunt, editum adfirmant ea & Circe appellacione argumantur. Plane venefica eis vitique negotium gefit hoc, nomine quoru sacerdos erat, demonijs & angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscit, singula ornamenta Circi, singula templa sunt. 70 Quã 71 honori Castorum adscribit, qui illos ouo editos credendo de cygno Ioue non erubescit. 72 Delphinus Neptuno vouent, 73 columnas fessas à fementationibus, messias à messib, rutelinas à rutelis fructu, sustinent. ante hastres ar trinis dijs parit, magnis, potentibus, valentib, Eodẽm 74 Samothracas existimãt. 75 Obeliscis enormitas, vt Hermateles adfirmat, Soli pscritura eius, vnde & census de Agypto superfluo est. Figebat demonum concilium sine sua 76 matre magna: 77 itaq; illic præfider Euripo. Confus (vt diximus) apud metia sub terra delitecit. 78 Murtias quoq; idolum fecit. Murtiam nã deam amoris voluit, cui in illa parte ad vouere. Animaduerte Christiane, quot nomina immunda possederint Circu. Aliena est tibi religio, quot diaboli spiritus occupauerit, de locis quid loci est retrahendi ad præueniendã quorundã interrogationem. Quid nã quis, si alio in tempore Circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla est pscritio de locis. Nã non sola ista conciliabula spectaculoru, sed et templa ipsa sine periculo disciplina adire feruus Dei potest vrgente causa simplici daturat, quã nõ pertinet ad proprium eius loci negotium vel officium. 79 Ceterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsa domus nostræ sine idolis omnino non sunt, totum seculum satanas & angeli eius repleuerunt. Non tamen quod in seculo sumus, à Deo excidimus, sed si quid de seculi criminibus attigerimus. 80 Proinde si Capitoliu, si Scrapeu sacrificator & adorator intrauero, à Deo excidam: quẽadmodu Circu vel theatru spectator. Loca nos non contaminant per se, sed que in locis sũt, à quibus & ipsa loca contaminati altercati sumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quib, eiusmodi loca dicuntur, vt eorum demonstremus esse, quã in his locis sũnt, quibus ipsa loca dicantur. 81 Nunc de artificio, quo Circenses exhibentur. 82 Res equestris retro simplex de dorso agebatur, & vitique communis vsus reus non erat. Sed cum ad ludos coactus est, transit à Deimuner ad demoniorum officia. 83 Itaq; Castori & Polluci deputatur hæc species, quib, equos à Mercurio distributos & Stesichorus docet. 84 Sed & Neptunus equestris est, quem Græci *trænos* appellant. De 85 iugo vero quadrigas soli, bigas lunæ sanxerunt. Sed &
 86 Primus Erichthonius currus & quatuor ausus iungere equos, rapidis que votis insistere victor. Erichthonius Mineræ & Vulcani filius, & quidem de

caduca in terram libidine, portenti est demonicum, imo diabolus ipse, nõ coluber. Si vero 87 Trochilus Argius auctor est currus, 88 primo Iunoni id opus suum dedicauit. Si Roma Romulus quadrigam primus ostendit, puto & ipse inter idola cõscriptus, si 89 id est Quirinus. Talibus auctoribus quadrigæ productæ, merito & aurigis coloribus idololatriam vestierunt, & ab initio duo soli fuerunt, 90 albus & rufus. Alb' hyemi, ob niues candidas: rufus æstati, ob solis ruborem voti erãt. Sed postea tam voluptate, quam superstitione producta, 91 rufum alij Marti, alij 92 album Zephyris cõsecrauerunt: 93 Præfixum vero terræ matri vel verno: Venetum celo & mari, vel autumno. Cum autem omnis species idololatriæ damnata sit à Deo, vtique etiam illa damnatur, quã elementis mundalibus profanatur. [94 Transeamus ad scenicis res, quarum & originẽ comunem, & titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellacionem & administrationem coniunctam cum re equestri iam ostendimus. Apparatus etiam ex ea parte confortes, quã ad scenam spectat: nam à tẽplis & aris, & illa 95 in felicitate thuris & sanguinis 96 inter tibias & tubas itur, duobus in quinque stillicimis arbitris, funerum & sacroru, 97 designatore & haruspice. Ita cum de originib, ludoru ad Circes transimus, inde nunc ad scenicos ludos dirigimus, à loci vitio. 98 Theatrum proprie sacratum Veneris est. Denique modo id genus operis in seculo euasit. 99 Nam sæpe censores renascencia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculũ ingens de lasciuia protidebant, vt iam hinc ethnicis in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum facies, & nobis in exaggeracionem disciplinæ etiam humanæ prærogatiua. 100 Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinis extruxisset, veritus quãdoq; memoriæ suæ censurã animaduersionem, 101 Veneris adem superposuit, & ad dedicationem edito populum vocans, non theatrum sed Veneris templum nuncupauit, cui subiecit, inquit, gradus spectaculorum: ita damnatum & damnandum opus templi titulo prætextit, & disciplinã superstitione deluit, sed Veneri & Libero conuenit. Duo ista demonia conspirata & coniurata inter se sunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoq; domus est. Nam & alios ludos scenicos Liberalia proprie vocabant, præter quam Libero deuotos, 102 quod sunt Dionysia penes Græcos, etiam à Libero institutos. Et est plane in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinu, quã priuata & propria sunt scenæ, de gestu & corporis fluxu. Nã mollitẽ Veneri & Libero immolantulli per sexum, illi per fluxu, dissoluti. 103 Quæ vero voce & modis & organis & lyris tranfiguntur, 104 Apollines & Musas & Minervas & Mercuros mãcipes habent. oderis Christiane, quoru auctores non potes non o fisse. Iam nũc volumus suggerere de artibus, & de his quorum auctores in nominib, execramur. Scimus nihil esse nomina mortuoru, sicut nec ipsa simulacra eoru. Sed non ignoramus, qui sub istis nominibus & institutis simulacris operentur & gaudeant & diuinitatem mentiantur, 105 nequam spiritus scilicet demones. Videmus igitur, etiam artes eorum honorib, dicatas esse, qui nomina incolant auctoru in earum, nec ab idololatria vacare, quaru institutores et, ppter ea dii habentur. Imo q ad artes pertinet, altius pscipisse debemus, demonas ab initio prospicientes sibi inter cetera idololatriæ etiã spectaculoru inquinamenta, quibus hominẽ à Deo auocarent, & suo honori obligatẽ, eiusmodi quoque artiu ingenia inspirasse. Neq; enim ab alijs præoccupatũ fuisse, q ad illos peruenturũ esset. Nec per alios tunc homines edidissent quam per ipsos, in quoru nominib, & imaginib, & historis fallaciã consecrationis, sibi negotiu auctur cõstituerãt. [106 Vt ordo peragat ineamus etiam agorum retractatum. Origo istis de ludorum propinquitate est. Inde & ipsi sacri vel funebres instituti, aut diis nationum aut mortuis sunt. 107 Proinde Tituli 108 Olympia Ioui, quã sunt Ro-

E
 F
 G
 H
 Cap. X.
 De Theatro, & artibus Scenicis.
 Cap. XI.
 De Agomibus.

STULL
 ERA

Cap. VIII. De loco.
 Cap. XIX. De arte Curi.

A

CAP. XII. Demunc-
re.

B

C

CAP. XIII.

1. Cor. 8.

D

Alor.
20.
1. Cor. 10.

CAP. XIV.

1. Ioan. 2.

ma capitolina. Item 109 Herculi Numæa, 110 Neptuno Isthmia, ceteri mortuorum varii agones. Quid ergo mirum, si apparatus agonum idololatria confurcat de coronis profanis, de 111 sacerdotibus Præsidiibus, de collegiis ministris, de ipso postremo boum sanguine, vt de loco suppleam. vt de loco cõmuni pro collegio artium musicarũ & mineralium, & apollinariũ, etiam martialium, per duellum, per tubam, 112 vt stadio Circũ amulentur, quod vtrique templum est, & ipsam eius idololatriam solennitates agit. 113 Sed & gymnicas artes Castorum & Herculum & Mercuriorum disciplina prodiderunt. 114 Superest illius insignissimi spectaculi acceptissimi cognitio. Munus dictũ est ab officio: 115 quoniam officium etiam Muneris nomen est. Officiũ autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, postea quã illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim quoniam animas defunctorũ humano sanguine propitiari creditũ erat, 116 captiuos, vel malo ingenio seruos mercati in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos parauerant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantũ vt occidi discerent: mox edicto die 117 Inferiarum apud tumulos erogabant: Ita mortẽ homicidii consolabantur. Hæc muneris origo, sed paulatim protecti ad tantam gratiam, ad quantã & crudelitatem, quia ferum voluptari satis non faciebat, 118 nisi & feris humana corpora dispartentur. 119 Quod ergo mortuis litabatur, vtrique parentationi deputabatur. Quæ species proinde idololatria est, quoniam & idololatria parentationis est species. Tam hæc quã illa mortuis ministrat. In mortuorum autem idolis dæmonia consistunt, vt & titulos consideremus: licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium, 120 quæstus dico & 121 magistratus, & 122 flamina & sacerdotia: cum tamen nominis dignitas idololatriæ criminis teneatur, necesse est, quidquid dignitatis nomine administratur, communicet etiam maculas eius, à qua habet causas. Idem de apparatus interpretabimur in ipsorum honorũ suggestu deputandis, 123 quod purpuras, quod fascias, quod vittas, quod coronas, quod deniq; 124 cõdones & edicta, & 125 pulchras pridiang sine pompa diaboli, sine inuitatione dæmonum non sunt. Quid ergo de homido loco perorem, quem nec peritura sustinent? plurius enim & asperioribus nominibus 126 amphitheatrum consecratum, quam 127 capitolium omnĩ dæmonũ templum est. Tor illic immundi spiritus cõsident, quot homines capit. Vt & de artibus concludam, 128 Martẽ & Dianã vtriusq; ludĩ Præsides nouimus. 129 Satis, opinor, impleuimus ordinẽ, quot & quibus modis spectacula idololatriæ committat, de originibus, de titulis, de apparatus, de locis, de sacrificiis, quo certi sumus, nulla ex parte competere nobis ea, qui idolis renunciamus. Nõ quod idoli sit aliquid (vt Apostolus ait) sed quod quæ faciunt, dæmonis faciunt, consentientibus scilicet in 130 consecrationibus idolorũ siue mortuorum, siue (vt putant) Deorũ. Propterea igitur, quoniam vtraque species idolorũ conditionis vnus est, dum mortui & dii vnum sunt, vtraque idololatria abstinent: nec minus templa, quã monumenta despuimus: neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus: nõ sacrificamus, nõ parentamus, sed neque de sacrificio & 131 parentato edimus, quia nõ possumus cenã Dei edere, & cenam dæmoniorum. Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis libetamus, quanto magis angustiora nostra, oculos & aures ab 132 idolorũ hys & neci ochyis voluptatibus abstinentus, quæ non intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu & anima digeruntur: quotũ munditia magis ad Deum pertinet, quam intestinorum. 133 Nunc interposito nosse de idololatria, quod solũ subiectum sufficere deberet ad abdicatõẽ spectaculorũ, aliam iam ratione tractemus ex abundantia: propter eos maxime qui sibi blandiuntur, quod non nominatim abstinentia ista præscripta sit, quasi parum etiam de spectaculis pronuncietur, cum 134 concupiscentiæ seculi damnantur. Nam sicut pecunia, vel dignitas, vel

gula, vel libidinis, vel gloria: ita & voluptatis concupiscentia est. Species autem voluptatis etiam spectacula (opinor) generaliter 135 nominatæ concupiscentiæ continent in se & voluptates: Equè generaliter intellectu voluptates specialiter & in spectacula differunt. Ceterum retulimus supra de loco conditione, quod nõ per semetipsa nos inquinant, sed per ea quæ illic geruntur, per quæ simul inquinamentum combibitur, tunc & in alteros respicit. 136 Viderit ergo, vt diximus, principalis titulus idololatriæ, reliquas rerum ipsarum qualitates contrariis omnes feramus. 137 Deus præcepit, spiritum sanctum, vt pote pro naturæ suæ bono teneri & delicatum, tranquillitate & lenitate, & quiete & pace tractare, non furore, non bile, non ira, nõ dolore inquietate. Huic quomodo cum spectaculis poterit conuenire? Omne enim spectaculum sine concussionẽ spiritus non est. Vbi enim voluptas, ibi & studiũ, per quod scilicet voluptas sapit. Vbi studium, ibi & emulatio, per quam studium sapit. Porro & vbi emulatio, ibi & furor & bilis, & ira & 138 dolor, & cetera ex his quæ cum his non competunt disciplina. Nam & si qui modeste & probe spectaculis fuitur, pro dignitatis, vel ætatis, vel etiam naturæ suæ conditione: nõ tamen immobilis animi est sine tacita spiritus passione. Nemo ad voluptatem venit sine adfectu, nõ adfectum sine calibus suis patitur. Ipsi 139 casus incitamenta sunt adfectus. Ceterum si cessat adfectus, nulla est voluptas, & est reus ille vanitatis eo conueniens, vbi nihil cõsequitur. Puto autem, etiam vanitas extranea est nobis. Quid, quod & ipse se iudicat inter eos positus, quotũ se similem vtrique detestatorem conficitur? Nobis satis non est, si ipsi nihil tale faciamus, nisi & talia facientibus nõ conferamus. Si furem, inquit, videbas, concurtebas cum eo. Vt nam ne in seculo quidem simul cum illis moreremur: sed tamen in secularibus separamur, quia seculum Dei est, secularia autem diaboli. 140 Cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auserimur, etiam à Circo, vbi proprie furor præsidet. Aspice populum ad id spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, 141 iam de sponsonibus cõtortatum. 142 Tardus est illi Prætor, semper oculi in vna eius cum sortibus volutantur. Dehinc ad signum anxii pendunt, vnus dementia vnã vox est. Cognosce dementia de vanitate: Mitit 143 dicunt, & nunciant inuicẽ quod simul ab omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatũ, non vident missum quid sit, mappam putant: sed est diaboli ab alro præcipitai figura. Ex eo itaq; itur in furias & animos & discordias, & quidquid non licet sacerdotibus pacis. Inde maledicta, conuicia sine iusticia, odii etiam suffragia sine merito amoris. Quid enim consecraturũ suum illic agunt, qui sui non sunt: nisi forte hoc solum, per quod sui non sunt: de aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate lætantur. Quidquid optant, quidquid abominantur, extraneum ab illis est. Ita & amor apud illos otiosus, & odium iniustum. Et forsitan sine causa amare liceat, quam sine causa odisse. Deus certe etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos diligere iubet. Deus etiam cum causa maledicere non sinit, qui maledicentes benedici præcipit. Sed Circo quid amarius, vbi ne 144 principibus quidem aut ciuibus suis parcunt? Si quid horum quibus Circus fuit 145 alicubi competit sanctis, etiam in Circo licebit. Si vero nusquam, ideo nec in Circo. 146 Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiam à theatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitia, vbi nil probatur, quã quod alicubi non probatur. Ita summa gratia eius de spurcitiã plurimum cõcinnata est, 147 quam Atellanus gesticator, 148 quam Mimusetiã per mulieres repræsentat, seũ pudoris exterminans, vt facilius domi quam in scena erubescant. Quã 149 deniq; Pantomimus à pueritia patitur in corpore, vt artifex esse possit. Ipsa etiam prostibula publicæ libidinis hostia in scena proferitur, plus miseræ in presentia feminarum, quibus solis latebat, perq; omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranducitur, locus, 150 si-

CAP. XV. Epi. 4.

F

EPI. 4.

CAP. XVI.

G

MATH. 1. MARE. 7. ROM. 13. H

CAP. XVII.



A pes, elogium, etiam quibus opus non est, praedicatur. Taceo de reliquis, ea quae in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem cotaminarent. Erubescat sceleratus, erubescat ordinis omnes. Ipsae illae pudoris sui interemptrices de gelib. suis ad lucem & populum expauescentes semel anno erubescunt. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire, quae loqui non licet? Cum etiam scurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum a Deo sciamus, cur ego liceat videre, quae facere flagitium est? Cur quae ore prolata communiceant hominibus, ea per oculos & aures admittunt non videantur hominibus communitate: 151 cum spiritu apparent aures & oculi, nec possit mundus praefati, cuius apparitores inquinantur. Habes igitur & theatri interdictione, de interdictione impudicitiae. [152] Sin & doctrinam secularis litteraturae, ut iustitiae apud Deum deputatam, aspernamur, satis praescribitur nobis & de illis spectibus spectaculorum, quae seculari litteratura 153 iustitiam vel agonisticam scenam dispingunt, quod sint tragediae & comediae scelerum & libidinum auatrices, euentae & lascivae, impiae & prodigae. Nullius rei atrocis, aut vilis commemoratio melior est: quod in factis recitatur, etiam in dicto non est recipiendum. 154 Quod si & stadium contentas in scripturis nominari, sane obtinebis. Sed quae in stadio geruntur, indigna conspectui tuo non negabis, pugnos & calces & colaphos & omne petulantiam manus, & quamcumque humanioris, id est, diuinae imaginis depugnationem. 155 Non probabis vana vanos cursus & iaculatus & saltus vaniores, nisi quam tibi vires aut iniuriosae aut vanae placebunt, sed nec cura facturi corporis, 156 ut platiaca Dei supergressae propter otium Graeciae atiles homines oderis. Et 157 palastica diaboli negotium est. 158 Primos homines diabolus elicit. Ipse gestus, columbina vis est tenax ad occupandum, toruosa ad obligandum, liquida ad elabendum. Nullus tibi coronarum usus est, quid de coronis voluptates auctuparis? [159] Expectabimus nunc, ut & Amphitheatri repudiū de scripturis petamus. Si 160 facitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis cōtendere possumus, eamus in amphitheatrū: Si tales sumus, quales dicimur delectemur sanguine humano. Bonum est, cum puniuntur nocentes. Quis hoc nisi nocēs negabit? Et tamen innocens de supplicio alterius laetari non potest, cum magis cōpetat innocenti dolere, quod homo patiens tam nocens factus est, ut 161 tam crudeliter impendatur. Quis autem mihi sponsor est, nocentes semper vel ad bestias vel ad quodcumque supplicium decerni, ut non innocentes quoque inferatur, aut vitioe iudicantis, aut infirmitate defendētis, aut insistantia quaestiois: Quam melius ergo est nescire, cum mali puniantur, ne sciam & quibus boni pererūt, si tamen bonum sapiunt. 162 Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, ut publice voluptatis hostes fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale est de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant. Sed haec ethnicis respondi. Ceterum abie vt de istius spectaculi autione diutius dicat Christianus: quanquam nemo haec omnia plenius exprimere potest, nisi qui adhuc spectat, malo non implere quam meminisse. [Quam 163] vana igitur, imo desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiversationem admittenda voluptatis obredunt. Nullam eius abstinentia mentionem specialiter vel localiter in scripturis determinari, quae directo prohibeant eiusmodi conuentibus interesse seuum Dei: Nouā, proxime defensionem 164 sua iudij cuiusdam audiui. Sol (inquit) imo etiam ipse Deus de caelo spectat, nec contaminatur. Plane sol & in cloaca radios suos desert, nec inquinatur. Vtinam autē Deus nulla flagitia hominum spectaret, vt omnes iudicij euaderemus: Sed spectat & latrocina, spectat & falsa, adulteria, & fraudes, & idololatrias, & spectacula ipsa. Idcirco ergo nos non spectabimus, ne videamur ab illo, qui omnia spectat. Compates homo reū & iudicem reum, qui quia videtur, reus est iudicem, qui quia videt, iudex est. Nāquid ergo & extra limites circi furor studemus, & extra car-

dines theatri impudicitiae intendimus, & insolentiae extra stadium, & immisericordiae extra amphitheatrum, quod Deus etiam extra cameras, & 165 gradus, & 166 apertus oculos habet. Erramus, nusquam & nunquam excusatur, quod Deus damnat. Nusquam & nunquam licet, quod semper & vbiq; non licet. Haec est veritatis integritas, & quae ei debetur disciplinae plenitudo & aequalitas timoris, & fides obsequij, non immutare sententiam, nec variare iudicium. Non potest aliud esse, quod vere quidem est bonum seu malum. Omnia autē penes veritatem Dei fixa sunt. [167] Ethnici quos penes nulla est veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretatur, alibi bonum, quod alibi malum, & alibi malum, quod alibi bonum. Sic ergo euenit, vt qui in publico vix necessitate vicia tunicam leuet: idem in circo aliter non exulter, nisi torum pudorem in faciem omnium intret. & qui filiae virginis ab omni spurco verbo aures tuetur, ipse eam in theatrum ad illas voces gesticulationisque deducat, & qui in plateis litem manu agentem aut compefctur, aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat. Et quid cadaver hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro de foeta & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patetissimis oculis desuper incumbat. Imo qui propter homicidiae poenam probandam ad spectaculum veniat, idem 168 gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. Et qui insigniori cuique homicidiae legem poscit, idem gladiatori atroci 169 petat iudem & pileum praemium conferat. Illum vero confectū etiam amoris spectaculo repetat, libentius recognoscens de proximo, quem voluit occidere de longinquo, tanto durior si noluit. [170] Quid mirum de inaequata ista hominum miscentium & commutantium statim boni & mali per inconstantiam sensus & iudicij varietate? 171 Et enim ipsi auctores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xyfticos, harenarios illos amantissimos, quibus viles animas sermone, aut illi esse corpora sua subleuunt, propter quos in ea comitunt, quae reprehendunt, ex eadem parte quam magnificiū, depouunt, & deminuant, imo 172 nāuifelte dānant ignominia & 173 capitis minutione, 174 arcetes curia, rostris, senatu, equite, ceterisque honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta peruersitas? Amant quos multat, depreciant quos probant. Arte magnificat, artificem notant. Quale iudicij est, vt ob ea quis offuscetur, per quae promeretur? Imo quanta consilio est male rei, quarum auctores, quum acceptissimi sint, sine nota non sunt? [175] Quum igitur recordatio etiam obstreptente gratia voluptatis damnandos eos censcat ademptis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? An Deo placebit auriga ille toranimatorum inquitator, tot furiarum minister, tot statuum, vt sacerdos coronatus: vel 176 coloratus vt leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Heliam exornauit? Placebit & ille, qui 177 vultus suos nouacula mutat infidelis erga faciem suam, 178 quam non contentus Saturno & Iudi & Libero proximam facere, insuper 179 contumeliosis palaparum sic obicit, quasi de praepcepto Domini ludat? Docet felicit & diabolus verberandam maxillam patienter offerre: 180 Sic & tragædos cothurnis extulit, quia nemo potest adicere cubitum vnum ad staturam suam, mendacem facere vult Christum. Iam 181 vero ipsū opus personarum, quero, an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suae. Non amat falsum auctorem veritatis: adulterium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem sexus, etates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adieuerantem non probabit, qui omnem hypocritam damnat. Ceterum cum in lege praescribit, 182 maledictum esse qui muliebus vestietur, quid de Pantomimo iudicabit, qui etiam muliebus curatur? Sane & ille artifex pugnorum impunitus ibit? Tales enim cicatrices

E
 Cap. XXI.
 F
 Cap. XXII.
 G
 Ca. XXIII.
 H
 Matth. 6.
 Luc. 12.
 Exod. 20.
 Deut. 22.
 caelum,

STULL
 ERA

A

Ca. XXIV.

B

Cap. XXV.

Matth. 5.

C

Cap. XXVI.

Matth. 6.

2. Cor. 6.

Eccles. 13.

Cap. XXVII.

D

Psal. 1.

cautum, & callos pugnotum, & 183 aurium fungos a Deo cum suo plasmate accepit. Ideo illi oculos Deus plasmavit, ut vapulando deficiant. Taceo de illo, qui hominem leoni pra se opponit, ne parum sit homicida, quam qui eundem postmodum iugulat. [184 Quot adhuc modis perorabimus, nihil ex his quae spectaculis deputantur, placitum esse, aut congruens Dei seruis, quod Domino placitum non sit. si omnia propter diabolum instituta, & ex diaboli rebus instructa monstravimus: nihil enim non diaboli est, quidquid Dei non est, vel Deo displicet: hoc erit pompa diaboli, 185 aduersus quam in signaculo fidei eieramus. Quod autem eieramus, neque factio, neque dictio, neque visus, neque prospectu participare debemus. Ceterum nonne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Nunquid ergo superest, ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi iam nobis renunciant, an liceat Christianis spectaculo uti. Atquin hinc vel maxime intelligunt factum Christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifeste, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei superest in huiusmodi homine: nemo in castra hostium transit, nisi pro certis armis suis, nisi destitutus lignis & sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire. [186 An ille recogitabit eo tempore de Deo, postitus illic ubi nihil est de Deo? pacem opinor habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam ediscet, attonitus in mimos. Imo in omni spectaculo nullum maius scandalum occurret, quam ipse ille mulierum & virorum accuratior cultus: ipsa consensio, ipsa in fauoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de commercio 187 sentillas libidinum conflabellat. Nemo denique in spectaculo ineundo prius cogitat, nisi videri & videre. Sed tragædo vociferante exclamations ille alicuius prophetae retrahabit. Inter effaminationis modos Psalmum secum comminiscetur, & cum athleta agent, ille dicitur est repercutiendum non esse, poterit & de misericordia moueri defixus in morsu visorum, & 188 spongia retiorum. Auerat Deus a suis tantam voluptatis exitiose cupiditatem. Quale est enim de ecclesia Dei in diaboli ecclesia tendere? de 189 caelo (quod aiunt) in cœnum: illas 190 manus quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando huiusmodi fatigare: ex 191 ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, 192 & avaras alii omnino dicere, nisi Deo Christo? [Cur 193 ergo non huiusmodi etiam demoniis penetrabiles fiant? Nam & exemplum accidit, Domino teste, eius mulieris quae theatrum adiit, & inde cum daemone rediit. 194 Itaque in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem adgredi: constanter & iustissime quidem (inquit) feci, in meo eam inueni. Constat & alii litreum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragædum audierat, cum exprobratione nominato tragædo, nec ultra quintum diem eam mulierem in seculo fuisse. Quo utique & alia documenta cesserunt de his, qui cum diabolo apud spectacula communicando a Domino exciderunt. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Quid luci cum tenebris? quid 194 vitæ & mortis? 195 Odille debemus istos conuentus & cætos ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illic 196 quotidiani in nos leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur. Quid facies in illo suffragiorum impiorum æstuario deprehensus, non quali aliquid illic pati possis ab hominibus, nemo te cognoscit Christianum, sed recogita quid de te fiat in cæcis. Dubitas enim, illo momento, quo in diaboli ecclesia fueris, omnes angelos prospicere de caelo, & lingulas denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus Deum ministraverit? Non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiarum, ipsumque aërem, qui de super incubat scelestis, vocibus contumpratum: Sint dulcia licet & grata & simplicia, etiam honesta quedam. Nemo venenum temperat felle & elleboro, sed conditis pulmen-

tis & 197 bene saporatis, & plurimum dulcibus id mali iniicit: ita & diabolus letale quo conficit, rebus Dei gratissimis & acceptissimis imbutit. omnia illic seu fortia seu honesta, seu sonora, seu canora, seu subtilia, proinde habeat si stulticia mellis de 198 liba cunculo venenato: nec tanti gulam facies voluptatis, quanti periculum. [199 Per sua uitatem saginatur eiusmodi dulcibus conuiuui sui & loca & tempora & inuitator iporum est. Noftra cenæ, nostra nuptia, nondum sunt: non possum cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum. Vicibus dispositares est. Nunc illi latantur, nos conflitamur. *Seculum* (inquit) *gaudebit, vos tristes eritis.* Lugeamus ergo, dum ethnici gaudent, ut, quum lugere ceperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es, Christiane, si & in seculo voluptatem concupiscis, immo 200 nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. 201 Philosophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea auocantur, in ea etiam gloriantur. Tu mihi 202 metas & scenas & puluerem & harenas inspiras. Dicas velim. Non possumus viuere sine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus? Nam quod est aliud votum nostrum, quam quod & Apostoli, exire de seculo, & recipi apud Dominum? Hæc voluptas, ubi & votum. [203 Iam nunc si putas delectationis exigere spatium hoc, cur tam ingratus es, ut tot & tales voluptates a Deo contributas tibi satis non habeas, neque recognoscas? Quid enim iocundius, quam 204 Dei patris & Domini reconciliatio, quam veritatis reuelatio, quam errorum recognitio, quam tantorum retro criminum venia? que maior voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis, quam seculi totius contemptus, quam vera libertas, quam conscientia integra quam vita sufficiens, quam mortis timor nullus. 205 quod calcas deos Nationum, quod daemonia expellis, quod medicinas facis, quod reuelationes petis, quod Deo viuus? Hæc voluptates, hæc spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita: in 206 his tibi ludos Circenses interpretare, cursus seculi intueri, tempora labeticia dinumerare, metas consummationis expectare, societates Ecclesiarum defendere, ad signum Dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrii palmam gloriaris. Si 207 scenice doctrinae delectant, satis nobis literarum est, satis verum est, satis contentiarum, satis etiam canticorum, satis vocum, ne fabulae, sed veritates, nec trophe, sed simplicitates. Vis 208 & pugillatus & ludicatus? praesto sunt, non parua, sed multa. Aspicere impudiciriam delectam a castitate, perfidiam caecam a fide, sanctitatem a misericordia contulam, petulantiam a modestia obibatam & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Vis 209 autem & sanguinis aliquid? habes Christi. [210 Quale autem spectaculum in proximo est aduentus Domini iam indubitati, iam superbi, iam triumphantis? Quæ illa exultatio angelorum, quæ gloria resurgentium sanctorum? quale 211 regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Ierusalem? At enim super sunt alia spectacula, ille vltimus & perpetuus iudicii dies, ille nationibus insperatus, ille derisus, cum tanta seculi vetustate, & tot eius nauitantes vno igne haurientur. Quæ tunc spectacula latitudo? quid admittit? quid rideam? ubi gaudeam, ubi exultem, spectans tot actantos Reges, qui in caelum recepti nuntiabantur, cum ipso Ioue & ipsis suis testibus in imis tenebris cogemisscentes: item Praefides, persecutores Dominici nominis seu iuribus, quam ipsi, flammis seu iuribus, insultantibus contra Christianis, liquefcentes? quos praeterea sapientes illos philosophos coram discipulis suis vna conflagrantibus embescentes, quibus nihil ad Deum pertinere suadebant, 213 quibus animas aut nullas, aut non in pristina corpora redituras adfirmabant, etiam poetas 214 non ad Rhadamanthi, nec ad Minos, sed ad inopinati Christi tribunal palpirantes: Tunc magis tragædi audiendi, magis scilicet vocales in sua propria calamitate. Tunc histiones cognoscendi solutiores multo per ignem: tunc spectandus auriga, in flamma rota

E
F
G
H
C. AP. XXVIII
Philip. 1.
C. AP. XIII
C. AP. VII
H



totus rubens: tunc xyfici contemplandi non in 215 gymnasii, sed in igne iaculati, nisi quod nec tunc quidem illos velim visos, ut qui malim ad eos potius confectum infatigabile confectere, qui in Dominum deservierunt. Hic 216 est ille (dicam) fabri aut quaestuarii filius, sabbati destructor, Samaritis & demonium habens. Hic est, quem ad Iuda redemitis, hic est ille arundine & colaphis diuerberatus, putramens decoratus, felle & aceto potatus. Hic est, quem clam discentes subripuerunt, ut resurrexisset dicatur, vel 217 hortulanus detraxit, ne lactuca suae frequentia commentium lederentur. Vt talia spectes, vt talibus exultes, qui tibi Praetor, Consul, aut Quaestor, aut sacerdos de sua liberalitate praestabit? et tamen haec iam quodammodo habemus per fidem, spiritum imagine, representata. Ceterum qualia illa sunt que nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in car hominis ascendunt: Credo, Circo & 218 vtraque cauea & omni stadio gratiora.

ANNOTATIONES I ACOBI PAMELII IN LIBRUM DE Spectaculis.

D E S P E C T A C U L I S . *Vti ne sapius infra eandem repetenda sunt, incito eum de ipi que Spectaculis omnibus communia sunt, cum de Spectaculorum varis generibus praefari visum est operis pretium, quod fiet, ut reliqua infra alacriora, quae hae memoria facta incalcauerit. Incipimus autem Auctori sunt quidem Spectacula, Ludi, Certamina, in genere. Deinde ad omnia generis Spectaculorum referuntur, quae cap. vi. vii. & vii. tractat de Ludorum Origine, Titulis, Apparibus, & Locis. Item ad omnia generatim pertinet, quae cap. x. v. impugnat, concupiscentia, vel pecunia, vel dignitate, vel gula, vel libidine, vel gloria aut voluptate. Praeterea illud cap. 15. vbi voluptas est, ibi & studium; vbi studium, ibi & emulatio; porto vbi emulatio, ibi & furor, & bilis & ira, & dolor; denique (vbi addit cap. sequ.) amor otiosus, & otium iniustum.*

Alqui quatuor genera Spectaculorum improbantur, non à Tertulliano tantum, sed & à BB. Cypriano, Epiphano, Isidoro & Hieronymo: Ludi Circenses in Circo, Artes Iocivae in theatro, Agones in stadio, & Munera, Venationes, seu gladiatorij Ludi in Amphitheatro. De quibus quidem singulis Tertull. singulariter eodem ordine tractat. c. ix. x. xi. & xii. & rursum xvi. xviii. xviii. ac xix. Verum alibi quicquid in illis quatuor fieri solet, uno quidem saepe & eadem serie coniungit, exceptis tribus locis, quos ad eundem ordinem elucisimus, idque non modo in hoc libro, sed & in Apologetico & lib. ad Marit. ac adu. Marcionem, quos hic adnotandos ducimus, quia magnopere ad intellectum totius libri faciunt. Locis sunt isti libri huius, c. 2. Circum (inquit) verbigratia, vocis suavitatem, vires corporis, & Leonem. Cap. 3. Non in Circo ibi, non in theatro; Agonem, manus non spectabis. Cap. 20. Numquid ergo extra limites Circi fuorij studemus, extra cardines theatri impudicitia, insolentia extra stadium, immisericordia extra amphitheatum? Cap. 21. Sic ergo evenit, vt in Circo totum pudorem in faciem omnia intenet. filiam in theatrum ad voces gesticulationisque deducat; in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat in Amphitheatro deora & dissipata, & in suo sanguine quantaliam corpora patientibus oculis desuper incumbat. Cap. 22. Quadraginta circenses, xyficos harenarios. Cap. 23. An Deo placet Auriga curru rapiendus? sic & Tragedos cothurnis exultant, sane & ille arifex pugnotum illatus abibit? raeo de illo qui hominem leoni praefecit opponit. Cap. 23. paeom apmor habebit in animo contendens pro Auriga, & Tragedo vociferante exclamationes alicuius Prophetae retrahit; cum Achleae agent, ille dicit non esse reperendum, poterit & de misericordia moueri deflexus in mortis visum & ipogias retiarorum. Cap. 28. Tu mihi Metas, fencas pilerem, & harenas suspiras. Cap. 29. In his tibi Ludos Circenses interpretare: si Scenicae doctrine delestant: vis pugillatus & luctus: vis autem & sanguinis aliquid? Cap. vltimo. Tunc spectandus Aurigae flammae olympicae rursuobens: hitiones cognoscendi multo soluciores per ignem. Xyfici contemplandi non in gymnasii, sed in igne iaculati: nec tunc quidem illos velim visos, qui in Dominum deservierunt. Denique ibidem in ipsa calce libri: Credo (inquit) Circo & vtraque cauea (theatro nempe & Amphitheatro) & stadio gratiora. Item Apologet. cap. 38. Nihil nobis est, inquit, cum infamia Circi, cum impudicitia theatri, cum xyfi vanitate, cum atrocitate harenae. Et vltimo cap. 38. Nihil nobis est, inquit, cum infamia Circi, & c. ut prius. Postremo libro ad Marit. cap. 2. Non clamoribus Spectaculorum, vel impudicitia, vel furor, vel atrocitate celebrantium cadere. Hauid absumitur D. Cyprianus quatuor enumerat Spectaculorum species libro, quo Auctorem imitatur de Spectaculis, & de singulis eorum

Tertulliani Opera.

singula habet capita, nempe 111. 1111. v. & vi. sed alio ordine. Primum enim reprehendit cruciat Spectacula, ad que rabida ferata nutritur in deliciis ad ponam hominis; deinde Circensia certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, inde scenicae sales inuerecundos, & denique Graeca certamina, & foeda illa luctamina. Quorum duo, Gladiatorum & Circensium Ludos, etiam redarguit epif. 2. ad Donatum, & postremum Epistol. 62. ad Hieronem. Nec dissentit Epiphanius, qui sub finem operis aduersus haereses: Ecclesias, inquit, prohibet Ludos equestres, Theatra, Musicos item & Venatores. Eodem pertinent quae ipsi Tertulliani verbia habet Isidorus vbi supra cap. 62. Proinde, inquit, nihil debet esse Christiano cum Circensium infamia, cum impudicitia theatri, cum Amphitheatri crudelitate, cum atrocitate harenae, cum luxuria ludii (suis scilicet legendum censet, xyfici.) Quae ipsa cap. 16. clarius explicans: Ludus autem, inquit, aut Circensis est, aut Scenicus, aut Gymnicus, aut Gladiatorius. Et eadem repetit Hieronymus vbi supra.

Porro destruento illo priori seriore Christianismi, quum ubique fere vanitatem xyfi appeller Auctor duntaxat, & apud Graecos propter numerum Olympiarum, quae dicebantur ab Agoniis Olympis quinto quoque anno celebratis, tolerandum videtur verum illud genus spectaculorum posteriores scriptores, Arnobius, Lactantius, Hieronymus tres tantum reliquis species impugnarunt, fortassis reueto quarto illo, vti iuxta Apostolum exemplo eorum sic curreret Christiani, vt apprehenderent, & meminissent, quod, nisi legitime certauerint, coronari non possint, & quod multi currunt, vnus autem accipit brauium, maxime sublati vti videntur impudicis illis in xylo meretricum colluctationibus. Arnobius quidem de Amphitheatri lib. 2. paulo post medium, in quibus, inquit, mundi homines corrent & bestiarum laniationibus dissipari, interficere se alios nullius ob meritum causam, sed ingratis voluptatem confessorum; ipse quoque illos dies, quibus tantum committeretur nefas, in gaudis communibus ducerent, & fissa hilaritate saerarent. Idem de Circensibus, quum aliquid adgressus lib. 4. tractat de origine eorum latissime lib. 7. aliquot ante finem paginae. Denique de Theatralibus ludis sub finem lib. 4. aduersus Gentes. Lactantius vero latissime de singulis horum trium generum verbis infra citandis tradit lib. 6. cap. 20. Ita tractatum suum concludens: Et primitus quidem venationes, quae & Munera vocantur. Saturno adhibita sunt; Ludi autem Scenici Libero; Circenses Neptuno; paulatim vero & ceteris dijs idem honoris tribui cepit, singulique Ludicorum nominibus consecrati sunt, sicut Sifinius Capito in libris Spectaculorum docet. Cui similia videntur Epitome eiusdem ca. 6. Hieronymus denique partim Tertullian. imitatus in vita Hilarionis: Non, inquit, Circo furoribus, non theatri luxuria, non harenae sanguine delectabatur. Et ad Marcellam: Habeat sibi Roma suos tumultus, Circus infamia, theatra luxuriant, harenae saeuat.

Ex quo adeo loco constat, esse Eusebio lib. 4. de vita eiusdem ca. 28. & Zoem. lib. 1. hifor. Eccles. relictus) Constantinus Gladiatorios ludos lege lata sustulerit, quae exstat lib. 2. Cod. de Gladiatoribus, ad hoc totum Roma non in vniuersum abolitus fuisse. Quod ipsum satis etiam constat ex lib. 2. de Gladiat. Cod. Theodosiani per Constantianam lata, quae Munerarios prohibet esse Aethiops milites, aut Patina praedictos dignitate. Item ex lib. 2. de Spectaculis, vltimo Cod. Theodosiani, vbi inter cetera duntaxat interdicitur Magistratibus per Gratianum, Valentinianum & Theodosium, alio tempore ferarum cubibus vacare, quam quo die aut nati aut Imperij septem Principes sepeperint. Rursum ex B. Augustini lib. 6. Confess. cap. 8. vbi memit Gladiatorij ludi Roma in sua adolescentia celebrati. Denique ex Prudentio ad finem lib. 2. ad Symmachum, qui Honorium imperatorem hortatur vti illos tollat his verbis:

Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari, &c.

Qui certantium proficit, vt omnino Gladiatorum ludum interdixit occasione cuiusdam Telemachii Monachi, qui quum Amphitheatrum ingressus pugnantem separare miteretur, à populo lapidatus fuit obrutus, quemadmodum à Theodoro memoria proditum est Eccles. hif. lib. 5. c. 26.

Verum enimvero permiffa sunt reliqua duo Spectaculorum genera à Caesaribus, quannus Christiani, quantumvis repugnantes Epifcopis, ne vti loquuntur Arcadius & Honorius, inuicem tristitia in populo generaretur, interdita duntaxat Maiuina fudo & obfocno Spectaculo, vti patet ex l. vlt. ff. de Maiuina. in Cod. Theodos. Vnde & multos subinde subortos tumultus docent hiforia Eccles. hif. Aurigarum Agiatorumque factionibus. Hinc factum, vt B. Chrysoftomus & Augustinus, dum frequenter aduersus Spectacula scribunt, non solum aliorum meminerint, quam eorum, quae in Circo aut in Theatro sebant. Chrysoftomus quidem Circensium homil. 21. in Ioan. Scenicorum homil. 2. 6. & 69. in Matth. & vtrorumque in Psal. 50. & hom. de Kalendis. Augustinus vero lib. 2. de Symbolo cap. 2. & lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 6. Circensium. Lib. vero 1. de consensu Euangelist. cap. 37. & dist. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 13. ac 14. Scenicorum. Hoc interim effecerunt sine Declarationibus sancti illi viri, vt saltem omnia Theatrorum atque Circensium voluptas per vniuersas vrbes prohibita sit Dominici diebus, & Festis Natalis, ac Epiphaniae Domini, Pascha item & per totam Pentecosten. lib. Dominico de Spectaculis in Cod. Theodos. qua data est Kalend. Februarii, Constantiopolis, Theodos. xi. & Valentiniano Caesar. Coss.

A
E
F
G
H
O
vri recte

STULL
ERA

A

ut recte ante me adnotavit quisque. Auctor est libri Observationum divini & humani iuris, à quo non parum hoc in re me adiutum invenisse fateor. Qui interim recte & illud adnotavit Constantiopolim postea inolevisse Ludos illos Gladiatorios, ex eo quod exisset lex ult. Cod. De ferys, qua Zeno Imperator interdicit (non simpliciter, sed Dominico dumtaxat die) Scenam Theatralem, Cicentem certamen. & ferarum lacrymosa spectacula. Ego vero existimo aut non permisisti de Maleficia, qui ad bestias ubique condemnabantur, aut certe non nisi ferarum inter se certamina, quae tamen subinde la-

B

Ceterum post absolutas dudum huius libri Adnotationes, vti Lector æquus facile colliget, tandem nactus Circi Maximi descriptionem Romæ à Bolognino Zalterio formis editam, auctore Pyrrho Ligorio Pictore Neapolitano, eandem à nobis subinde castigatam novis formis excusam, in Lectorum gratiam simul edi, & superiori folio adiungi iussimus.

CAP. I.

1. Qui status fidei, quæ ratio veritatis, &c.] Prætor Præfatium- culam quam hanc caput hanc moretur in inscriptionem: De responsio ad duo ethnicorum argumenta pro Spectaculis. Atque scriptum hunc librum non adiam Christianos tantum, sed & Catechizatos, quos Auctor Audientes solet nuncupare, patrum ex verbis istis: De feris cognoscite, qui maxime ad Deum acceditis, quæ ad Catechizatos tantum ex illis: cognoscite qui iam accessistis vos testificati & confessi estis, quæ ad iam Baptizatos, qui fidei confirmationem in Baptismo reddiderant, pertinet, vti infra lib. de Baptismo latius.

C

3. Iulio erga Deum metu & honore.] Hoc ipsum argumentum in causa simili diluam reperire est lib. de Penitent. cap. 5. Quantum autem profuerit Gelenium, vel ex hoc licet deprehendere, ubi recte legitur: nec vero Deum offendi, pro: nec verbo; & quæ: pro: quo. item paulo post: definita, pro: descripta.

4. ad hanc oblationem.] Familiaris est Auctori vox oblatio in bonam partem, pro constantia, sicuti & apud Tacitum li. 19. oblatio fidei, quare non placet quod paulo post pro: oblatio disciplina, ms. codex Anglicus habeat: oblatio. Atque ex consuetudine Latini legitimus: quam iam supervacuam sibi fecerint, pro: supervacuam.

CAP. II.

5. Jam vero nemo est, &c.] Titulum similem huic capiti dedi- mus: De terro ethnicorum argumento, quod ideo permittit fuit Spectacula, quia ex rebus contenta à Deo instituta & homini attributa, quod in simili iterum soluit Auctor infra lib. de Habitu mulierum, hanc præca à sine, quemadmodum ex verbis supra in Argu- mento allegatis constat.

D

6. Leonem.] Auctor loco citato Pantheram recenset, pro eo quod hic leonem non enim leones dumtaxat, sed & Pantheras omnis generis in Amphitheatrum adduci ad venationem solitas ex Plinio manifestum est, hist. nat. lib. 8. cap. 16. & 17. Leonem, inquit, plurimum pugnam princeps Roma dedit. Scævola Pifilius in Curuli Ædilitate. Centum autem iutorum primus civitas L. Sylla, qui postea Dictator fuit, in Prætura. Post eum Pompeius Magnus in Circo DC. in ius Iutorum CCCXV. Cæsar Dictator DCCC. Vbi certe Circeus pro Amphitheatro Pompeij accipiendus, de quo infra. De Panthetis vero Senatus consultum, inquit, vetus fuit, ne liceret Africanas in Italiam adhibere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permittente Circesium gratia importare. Præmum autem Scævus Ædilitate sua varias CL. vinumis dedit; dein Pompeius Magnus CCCCX. Divus Augustus CCCCXX.

7. inimicum Dei.] Sic ex ms. cod. pro: Deo; nam Tertulliani- cum est, vti Adversus cum Gentium construat, adnotavimus ult. c. l. de Penitent. & mox idipsum etiam in excusis legitur. Ex quo etiam respicitur neque cultoribus Dei vitandum, pro eo quod corruptissime legitur putandum.

8. ab hac secta.] Rursus in bonam partem accipitur secta pro Christiana religione.

9. voluptatem etiam sapiens vti tantam non contemnit.] Locus obiter & fortassis corruptus, quia Laetantius, ubi supra, cum ex Cicerone in Catoe maiore, tam aliunde, adstruit, Philosophus voluptatem oculorum sustulisse, dicentes multo præclarior esse caliam, quam calata inveniunt: ad quod etiam Spectaculum adhortatur B. Cyprian. ult. c. lib. de Spectac.

10. Deum esse videri fratis conditorem.] Zenonis & aliorum Philoſophorum sententia hoc de re citare est apud Iustinum Marti- rium. Apol. 2. & Anaxagoræ in istis argumentis. Item supra Apol. 11. quæ vniuersitatis artificem & fabricatorem Deum, seu Rationem dicunt, de quo Iulius Laet. l. 4. verbu ibidem citatis, num. 110. & 111. Pro eo autem quod vti quæ sit amula ex diuerso, legimus, & melius, quis sit amulus, quis mox sequitur: & aduersarium, & interpolatorem, & postea amulum.

11. Magicis deumtionibus.] Deuotiones accipit pro ligaturis, de quibus Iulius Laet. l. 4. de Anima. Et hic vero pulchra est Gelenium castigatio in hominis necem Auctor, pro: necesse est auctor. Ex me, paulo post lego: Flagitiorum auctor, pro: auctor; neque enim homo, sed Diabolus interpolator illorum est auctor.

12. gulam ad gulæ crimen.] Gulæ crimen solummodo Ecclesiast-

crimosa facta sunt, si quando (vti Tertulliani verbi vti l. ad Mar- tyras) facta in mediis ciuitatibus clapsæ caueis, homines dequirunt. Certe etiam Circense, aut aliquod aliud Spectaculum Do- minico die ferri interdicitur est & Synodus Trullo celebrata, can. 66. Quod visum etiam obseruaretur, quum videamus, plerum- que Dominici & Festis diebus Spectacula exhiberi, nec modo Com- diarum aut Tragediarum veterum boniflorum dramata, sed & ludicra subinde & pudenda, etiam ad mediæ noctem vsque.

13. aut spiritus ideo infusus corpori.] Videtur hoc pertinere ad eius errorem de anima traduce, de quo inter Prolegomena.

14. non in exitum operum constat condidisse quæ damnat.] Locus adnotandus contra Caluinium, qui Inſtit. l. 3. c. 22. 23. & 24. astruit, quod Deus creauit maximam partem mundi ad damnationem & perditionem simplici decreto voluntatis sue, quemadmo- dum ipsi ab Heluetiis obiectum est. Verum de hoc latius l. de Habitu virginum. Hic sufficit quod subiungit: quando hæc sit tota ratio damnationis, perueit ad infinitam conditionis à conditis. Legimus autem: neque mirari neque dubitare, ex consuetudine Ioan. Harriſij Angeli, pro: dubitari, & cum Gagneo: illa vti interpola- toris & amulatoris angeli ab initio de integro deiecit, pro: quod irrepperat; illi interpolatoris, &c. deieccit.

CAP. III.

15. Hac conscientia instructi, &c.] Caput hoc inſcriptum: Quod est non expresse, tacite saltem in Scripturis Spectacula prohibentur. In quo Auctorem imitatur B. Cypri. l. de Spect. c. 1. & Chrysost. hom. 62. ad popul. Antioch. ubi de Spectac. interpretatur illud Psalmi primi: Felix, qui non abiit in conciliu im- pium, &c.

16. ad nostrorum detractum.] Similiter l. Ad uxorem a. de- tractata & exerta sententia est: vti Rhennanus Nouus inquit iuuu- verbi vsque detracta. Sic & de Virgin. vti laudat: Nec detractamus, quare non & puerum nominat. Consuetum proſimpli. Atque legitimus iterum cum Gagneo: ad hæc abdicacionem Spectaculo- rum, pro: ab hæc abdicacione. Est autem etiam hæc lreconſultio- rum vox.

17. Non occides, non idolum coles, &c.] Non fuit hic ordi- nis curiosis Auctor: nam aliqui oportet conuenire, sicuti alibi fa- cit: Non occides, non adulterium, non fraudem facies, & pre- ponere illud: Non idolum coles, quod in sum Paraphraſibus citat. Verum de his latius alibi adu. Marc.

18. Vias enim vocant cardines balteorum per ambrum, &c.] Facit ad huius loci intellectum, quod habet Nonius Marcellus. Ne- tro, inquit, genere nemp, Varro veru dicitur in l. 1. Tragica viti- calca Baltea, iun. Accius iduo dicitur lib. 8. Auctoris manule, baltea, macharas. Dicit itaque Auctor, vias vocari cardines, id est, quæ patebat ingressus, balteorum sine cingulorum è corio bulli orna- torum (nam ita balteum definit idem Varro l. 4. de ling. Lat.) qui- bus theatrum concludebatur. Alludere autem videtur ad Theatra duo pensita C. Curionis, quæ teste Plinio hist. natur. lib. 36. cap. 10. fecit amplissima ex lingæ cardinum singulorum, versus illi sus- pensa libramento. In quibus vtrique antemeridiano ludorum Spectaculo edito inter se auersis, ne inuicem obſtreperent Scene & re- pente circumactis, vti contra flarent, profremo tam die descendit, tabulis & cornibus inter se conuenit, faciebant Amphitheatrum, & Gladiatorum Spectacula edebat; ipsam magis auctoritatem populorum Romanorum circumferens. Quis enim miratur quisque in hoc primo inuentorem, an inuentum? artificem, an auctorem? auſum a- liquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere aſſi tam infida instabilitate sedis, & paulo post. Ecce populus Romanus vniuersus velut duobus nauigijs impo- situs binis cardinibus sustinetur, & seipsum depugnantem spectat, periturus, mouente aliquo laxatis machinis. Varians inquit paulo post) hanc suam magnificentiam festis turbantibus cardinibus, & Amphitheatri forma custodita, nonissimo die duabus per medium sce- nis Athletas edidit, vtrique ex contrario repente pulsibus, eodem die victores à Gladiatoribus suis produxit. Vide infra cap. 8. num. 68. verba Cassiodori hæc pertinentia, & totius Circi descriptionem Cata- graphicam, quam Adnotatoribus huius libri ad maiorem intelli- ctum vna excudi supra iussimus.

19. Cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad consilium situs.] Anfractus, sive, ut legit Varro lib. de ling. Latin. am- fractum, intelligit theatrici rogius circumsum flexuosum. Est autem & illa phraſis Tertullianica: interpretari capie, de qua Iulius li. 5. ad- uerſ. Marc.



20. Nam & specialiter quædam pronuntiata, generaliter fa-
piunt. Regula ad intellegendum scripturæ sacre adprime utilis. Atqui
quod hic dicit, omnibus dictum, quod [fractis dicebatur, non uno
modo adnotavit B. Hieronymus in Prophetis; quod addit de Egyp-
to & Æthiopia, hinc pene verbum habes supra lib. adu. Lud. c. 9. &
infra lib. 3. adu. Marc. (ubi de hoc latius) præterquam quod utatur
hæc uicibus omnibus gens, pro eo, quod ibi dicitur orbis.

C. A. P. IV.

21. Ne quis argumentari, &c. [Inscriptio capituli huius hæc est:
Quod in baptismo cum Diabolo & pompæ & angelis eius re-
nuntiamus, etiam Spectaculis renuntiamus. In quo etiam
Andrem imitatur B. Cyprinus lib. de Spectaculis, cap. 2. & ipsum
reperit Auctor infra cap. 5. & 24. Eodem pertinet quod habet Ili-
dorus Etymol. lib. 18. cap. 62. Deum, inquit, negat, qui in alia præsumit:
fidei Christianæ prævaricator effectus est, qui id denuo appetit, cui
(ita enim lego, pro: quod in lauro iam pridem renuntiauit: id est,
Diabolo, pompæ, & operibus eius. De qua renuntiatione etiam La-
tius infra Tom. 3. lib. de baptismo, sicut & de Christianæ fidei in eo
professione.

22. Igitur fit idololatia, &c. [Iisdem pene verbis B. Cyprinus.
Omnia ista spectaculorum genera, inquit, damnantur, quando idolo-
latiam sustulit, latorem omnium matrem, &c. que compendij gra-
tia omittitur. Atque de hæc Metaphora Auctoris, quibus incuna-
bulis adoleverit, vide lib. præcedent. de Patientia, cap. 5.

C. A. P. V.

23. De originibus quidem, &c. [Veterem titulum huius capituli
retinimus, sed ad marginem reuertimur: Vnde ludi dicitur, pro quo vs.
etiam non male: De origine ludorum. Cuius ipsa verba peraque
reperitur ab Iliodoro Etymol. lib. 18. cap. 17. & quædam etiam à B.
Cyprino c. 2. ubi supra.

24. Existant Auctores multi, &c. [Auctores, qui de Spectaculis
scripserunt, citantur hic ab Auctore, Timæus, Varro, Piso, Suetonius
Tranquillus, Hermæcles & Sestichorus, de quibus infra latius: at
vero à Laetantio vnicuique Sigismonius, seu Sigismonus Caspio.

25. Lydos Asia transiens in Hætruria confedisse, &c. De hoc
ita Plinius l. 3. c. 5. Patet ora Liguria inter amnes Varum & Macrum
CCXI. M. pass. Adhuc septima, in qua est Hætruria ab amne
Macro ipsa, mutatis sape nominibus: Inde viros exogere Pelasgi, hos
Lydi; & quorum Reges Tyrheni, mox à sacrificij ritu lingua Gra-
ecorum Tulci sunt cognominati. Eodem pertinet quod habet Auctor
l. de Pallio. c. de Toga à Pelasgo ad Lydos, & Lydis ad Romanos, et
quod ibi in Aduer. nostris num. 14.

26. Vt Timæus refert. [Timæus Siculus Historicus recensetur
à Plutarcho in Nicia & à Diodoro Siculo, & à Cicero lib. 2. de Or-
at. & Epist. ad Lucanum lib. epist. 12.

27. Inde Romani accersit artifices, &c. [Ludiones (inquit
Liu. lib. 7. Detad. 6.) ex Hætruria acuti ad tibicinum modos sal-
tantes.

28. vt ludi à Lydis vocentur. [Huc pertinet, quod habet No-
nius Marcellus Ludios Romani Lydios vocabant, ut est in l. 1. Var-
ronis de vita populi Romani.

29. Sed etiam Vano Ludos à ludo, &c. [Quum priorem senten-
tiam ex modo citatis verbis videtur M. Varro secutus, nec etiam re-
peritur hodie apud Varronem de ling. Latina, fortassis non ad M.
Varronem, sed ad Varronem Aracinum, quem saepe citat Plinius,
referendum, aut certe in libro Varronis de Scenicis originibus, qui
non est hodie, id legitur. Certe Varroni etiam istud adscribit Ili-
dorus ubi supra. Varro autem, inquit, dicit Ludos à Lulio vocatos, seu
potius illa, quemadmodum hinc esse castigandas.

30. Igitur & Lupercos ludos, &c. [Lupercalia dicta (inquit Var-
ro de ling. Lat. l. 5.) quod in Lupercali Luperci sacrificant. & pau-
lo post: Nam & Lupercalia Februaria, ut in Antiquitatum libro
demonstravi. Atqui vixisse etiam ludos Lupercos exhiberi solitos
alibi iam Varro testatur, in quibus nudi circumstanti uenerit, idq.
in honorem primam Paris, qui & Lupercus ab Arcadibus, deinde à
Romanis in honorem Lupa Romuli matris. Vide item Aduer. nostras
in Apolog. c. 26. nu. 419.

31. & cum pronouice ludi Liberalia vocentur, &c. [Id ipsum
reperitur infra cap. 10. Pertinet autem eodem, quod supra ex Laetantio
citauimus, Ludos Scenicis Libero attributos; quod ipsum et-
iam reperit, ubi supra, Iliodorus & Alexander ab Alexandro, Genial.
dier. lib. 6. cap. 19. Apertissime autem B. Cyprinus. Ceterum cum ur-
bem fames occupasset, ad aduocationem populi acquisiti sunt Ludi
Scenici, & Cereri & Libero dicati; qui per agros fiebant Athenis
mense Posideone.

32. pro demonstrata gratia vini. [Quod demonstrator vini
Auntaxas Liber fuerit, non inuentor, dicit Auctor supra Apo. c. 11.
ubi vide Aduer. nostras nu. 167.

33. Exinde ludi Consualia dicti, &c. [Consualia (inquit Var-
ro de ling. Lat. lib. 5.) dicta à Conso, quod sum forma publicæ dei Deo,
& in Circo ad aram eius ab sacerdotibus fiant Ludi illi, quibus vir-
gines Sabine raptæ.

34. qui initio Neptunum honorabant, &c. [Hunc imitatus
Laetantius, Neptuno attribuit scribit ludos Circoenses, ubi supra
Nam eundem & Consum vocatum tradunt Linius, Dionysius, & Plu-
tarchus (quem infra cap. 9. huius libri Auctor Neptunum eque-

stem dicit,) cuique fuerit templum adificatum ab Arcadibus ante
Romulum & Remum, Halicarnassus interim videtur lib. 6. eam
magis probare sententiam, quod Ludi equestris Neptuno fiebant, at
ara constructa fuerit alteri Genio arciano, quem Consum ab arcanis
consilijs nuncuparunt.

35. Dehinc Equiria Marti Romulus dicit. [Equiria (inquit
Varro, ubi supra) ab eorum cursu. Eo enim dicebantur equi in
campo Martio, & iisdem Auctoris verbis Festus (ex quo adeo desum-
pisse videtur) Equiria ludi, quos Romulus Marti instituit per equo-
rum cursum, qui in campo Martio exercebantur. Ea autem (ut ad-
notauit Gyraldus, hist. Deorum syntag. 17.) duplicia Ouidius com-
morat Martio & Aprilis mensibus.

36. quamquam & Consualia Romulo descendunt. [Præter-
quam quod apertissime id habet B. Cypr. & lib. de Idol. uanitate, &
l. de Spectaculis, id ipsum habent Auctores mox citari, quippe qui
scribunt, eius Dei consilio vsum Romulum in rapienda Sabine. Cer-
te etiam Arnobius lib. 3. & August. l. 4. de Civitate Dei cap. 11. con-
siliu Dei, Consum nuncupant, & latissime historiam recenset Li-
nius lib. 1.

37. & nunc quoque apud ipsos Romanos, &c. licitum &c. [Ironicam
estimationem multis locis ante Christianam fidei notitiam, rapsum
virginum, vel ipso Auctore resse alicubi, sacre esse prohibita. Ego
autem, ab impudentis violentia alio Deo, pro impudentia, ut cor-
respondet ei, de quo prius, Consiliu Deo, Consonompe, qui etiam vi-
olentia Deus fit, aut loquitur de ipso Romulo nam &, uti inquit B.
Cypr. lib. de Idol. uanitate, Romulus peccante Proculo Dena factus
est: de quo ibi Aduer. nostris nu. 19.

38. à fratricida institutore, à filio Martis. [Sic Romulum nunc-
cupat, quod fratrem Remum interfecit, sicuti passim narrat hi-
storia. Et teste Quintiliano l. 3. c. 7. Romulus Martis filius, educatus
que à Lupa dicitur.

39. & nunc ara Conso illi in Circo defossa est, &c. [Ara Consi
finitio apud Varronem lib. 5. de ling. & Dionys. Halicarnassum
lib. 2. Plutarchus in Romulo, dicit repositam ab eo aram conditam
sub terra in Circo, eique Deo nomen indidisse Conso, à consilio, a-
ramque ipsam reliquis latere temporibus, in equestribus vero certam-
inibus aperiri. Quod postremum videtur quidem prima facie re-
pugnare cum eo quod dicitur infra ca. 8. Consum, vt diximus, Deus a-
pud Metas sub terra delitescit; sed quum hic ipsam inscriptionem
Ara recitat, que uideri non potuit, nisi aperiretur, consensit cum
Plutarcho videtur. Atque de Metis infra latius ca. 28. Porro habes et-
iam Aram Consi consiliu Dei in Circo de scriptura apud Metas à par-
te Septentrionali, cui etiam P. Valerius adscriptus.

40. MARS DVELLO. [Duellum (inquit Varro, l. 6. de ling.
Lat.) id postea bellum; ab eadem causa fita Duellona Bellona. I-
dem itaque hæc uetus inscriptio significat, quod alii dicitur Mars
Bellipotens.

41. LARES COMITIO POTENTES. [De Laribus vide
Aduer. nostras in Apolog. c. 13. nu. 188. Atqui an prætores Comitio
potentes, quod ades Larium ab Emilio Rugillo Prætoris dedicata
fuerit in campo Martio in quo fiebant comitia, an vero legendum
Comitalitio potentes, quippe in quorum honorem celebrari soleant
Comitalitio ludi. Habes & Larium aram in Circo de descriptione,
iuxta Metas, item & Aras potentium a ualentium Deorum. De
quibus, etiam infra 74.

42. sacerdotibus publicis. [Quod Varro, ubi supra, ad Sacerdotes
in genere refert, Auctor restringit ad Sacerdotes publicos. Quod ve-
rissime interim facit ibidem Varro, qui mox subiungit, quod Ope-
confusus die in Deo Opeconfusus (saris ab Ope & Conso in unum ido-
lum conflata, sacrarium præter uirgines Vestales & Sacerdotem pub-
licum introat nemo.

43. xii. Kal. Septembres. [Quum Gyraldus scribat, ubi de Co-
so agit, raptæ fuisse Sabine xii. Kal. Septembres, forte ita & hic
legendum, nisi apud illum numerus correctione indigeat, raptæ qui
nullum Auctorem citet.

44. Flamen Quirinalis. [Flamines dicti (teste Varrone, l. 4. de
ling. Lat.) quod licet in apice uelati erant capite, ac capus circum-
habebant filo, qui quum annes sint à singulo Deo cognominati (uti
idem inquit l. 6. in quibusdam apparet Eryma, ut curset Martialis,
Quirinalis, &c. in illis latent origines.

45. Ioui Feretrio ludos instituit, &c. [Post pompam triumphi
(inquit Dionysius Halicarnassus l. 2. hist.) & sacrificium, Romulus ex-
struendo templo in vertice montis Capitolini (qui & antiquitus Tar-
petus dicebatur) Ioui, quem Feretrium Romani uocant, Censursum
in eo Regis sua manu interfecit stola consecrauit.

46. quos Tarpeios dictos & Capitolinos Pifo tradidit. [Lud-
os Capitolinos recenset etiam Alexander ab Alexandro, Genial.
dier. l. 6. c. 19. L. Pilonis autem de Amalibus libris frequenter citat
Plinius, ad quem allussit Auctorem est uersimile uel ex loco infra
citato.

47. Post hunc Numa Pompilius Marti & Robiginem fecit, &c. [Robigalia (inquit Varro de ling. Lat. l. 5.) dicta ab Robigo. Secundum
segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes. Atque & se-
minimo genere Robiginem appellat Laetantius l. c. 20. item Augusti-
de Ciuit. Dei l. 4. c. 12. Nec Den (inquit) Robigo. Atqui Plinius hic
imitatur Auctor, qui l. 18. c. 29. Rubigalia (inquit) Numa constituit
anno regni sui xi. qua nunc aguntur ad vi. Kal. Maii, quoniam
tunc segetes rubigo occupat. In iis igitur & ludos institutos Au-
ctor adfirmat.

48. Dehinc Tullus Hostilius. [L. Pifo (inquit Plinius l. 28. c. 2.)

STULL
ERA

G

H

A

primo Annalium, auctor est, Tullium Hostium Regem ex Numae...

19. Dehinc Ancus Martius, & ceteri quoque per ordinem. Quos ludos Ancus Martius institueris, nondum reperire licuit...

20. apud Suetonium Tranquillum. In dicitur librum peculiarem de ludis scripsisse Suetonium Tranquillum...

C A P. VI.

51. Accedit ad testimonium antiquitatis, &c. Eriam hic titulum veterem formamque ad marginem tamen: De titulis ludorum...

52. Megalenses [Megalien] inquit Varro l. 5. de ling. Lat. dicitur...

B

53. & Apollinaria De Apollinariis ludis infra latius l. de Ba...

C

54. item Cereales. [Cerealia] inquit Varro l. 5. de ling. Lat. de Cere...

55. & Neptunales. [Neptunalia] inquit Varro, ubi supra de Ne...

D

56. & Florales. De Flora quam meretricem vocat Minutius in Odausio...

57. & munitio albus Fastis superstitionis. Sic denuo cum Ga...

58. facti & funebres. Sacerdotes, de quibus paulo ante Magna...

59. facti & funebres. Sacerdotes, de quibus paulo ante Magna...

60. Communis igitur Ludorum origo virtutis [generis, &c.] Nihil etiam hic in titulo immutatum...

61. Sed Circensium paulo pompator suggestus. Suggestus pro apparatus vel ornamentis vocetur accipitur a Aedice...

62. de simulacrorum specie, de imaginum agmine. Ad intellectum facit, quod citatur a Gyrardo hist. Doctum...

63. de curribus, de thesis. Curus, prophana, thesis, sacra erant vehicula. Theisam enim teste Festo...

64. de artemaxia, de quibus ibi latius. De quo Herod. li. 7. de rebus...

65. illius vrbis, &c. Refle in margine Gagneus adnotavit, Romanam intelligi...

66. Iouis tamen plaustrum. Quum Deorum omnium excusis, ubi mox diximus...

C A P. VIII.

67. Vr. & de locis secundum propositum crequetur, &c. Reminiscimus etiam hic titulum priorem ad marginem...

68. Circus Soli principaliter consecratur, &c. Primus testis Castodoro Variarum lib. 3. Epist. 51...

69. Circus Soli principaliter consecratur, &c. Primus testis Castodoro Variarum lib. 3. Epist. 51...

70. Circus Soli principaliter consecratur, &c. Primus testis Castodoro Variarum lib. 3. Epist. 51...

65. Quod spectaculum primum à Circe habent. Ad concordiam huius loci cum Varro, facient verba hæc Isidorus, ubi supra. Romanus, inquit, dicitur putari à Circe equorum, eo quod ibi circus metæ equi curruatur. Græci vero à Circe, filia Solis, quæ patri suo hinc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum, & ab ea Circei appellati argumentantur. Fuit autem Maga & venefica & excolens demonum, in cuius habitu & opere Magica artes, & cultus idololatricæ recognoscuntur. Atqui quantum hunc Solem fuisse, qui Cæleste Ætiam & Circei præceperit, testatur Cicero lib. 1. de nat. Deorum, ad quem alludit Anob. l. 4. adu. Gentes: Quæcumque (inquit) Sol Scythiarum Regis & versipellis habetur, Circes patet nempe.

70. Omnia Specta curricularia in Circo omni nota fuisse ex Livio, Dionis, & Castoreo primis adnotat Alciatus l. 4. Parergon, c. 4. Quæ etiam alludit Varro de re Rustica l. 1. c. quæ dicitur apud illum Agrius: Non modo illud omnium sublatum est, quod Ludis Circensibus nonnulli curricula in se habent quadrigis, sed nec illud omnium vidimus, quod in Cereali pompa solent esse primum. De his ita, ubi supra, Castoreus: Nec illud irritum super, quod Metarum circitibus ortorum erectioibus exprimitur; quando ab eis ipsis, multis superstitionibus gratiæ, cui exemplo, geniturum se aliquis præstiterit. Atqui ad huius loci intellectum etiam facit dicta descriptio. Vide etiam num. 72.

71. honori Castorum adscribunt. Explicatius paulo Isidorus: Castoris & Pollucis, quippe qui nomine Castorum antiquitus vocentur. Hinc apud Trebellium Pollionem & Capitolinum, Ædes Castorum. Arnobius similiter. Tindaridæ Castores (inquit) vniuersi quædam domitare consuevit, alter pugillator bonus. Castori interim singulari numero vix præcipit etiam Auctor infra lib. 4. aduers. Marc. ubi de oram patre latius, & cap. sequent. Itaque Castori & Polluci deputatur hæc species.

72. Delphinus Neptuno vouent.] Gagus. Delphinus. Perinde est. Delphinus autem vocat Auctor columnas Delphinis inscriptas, de quibus citat Alciatus loco citato Dionem lib. 49. qui tradit Marcum Agrippam, quæ in interduis (quod non Circum dicitur) videtur plerumque errantibus in numero, dum duorum stadiorum circitibus nonnulli quæ minus recte obstruunt, in se se ferunt, ut in Ædibus etiam dicitur deusque (pro quo interpres vult in manibus seu phalans inter formam: quæ Metæ dicitur), quibus vitæ circum dicitur demonstratur. Atque ut alludere Italem hoc versu: Constat ante Phalax, Delphinorum que columnas. Atqui tum ad hæc, tum ad eas quæ sequuntur columnas, referuntur illud Severi & Antonini hæc tempestate scriptum: Sic columnas Circensibus promissæ, &c. lib. 1. s. denique, de pollicis. Atqui comprobatur Auctore sententia, quod habet Higini in Delphino: Qui Neptuno (inquit) simulacrum faciant, Delphinum aut in manu aut sub pede eius consistere videmus, quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur. Atque adeo in dicta descriptione super Columnas Delphino sacras oportet superius adscripsi Delphinum.

73. columnas scissas à fermentationibus, messias à messibus, tutelinas à tutelis fructuum.] Religio veteri constitutum fuit (si Calis Rhodigino Agriq. lib. 1. c. 10. creditur) ut qui Salutem Semoniæ, Sciam Segestam, Tutelinam inauspicato nominasset, in seruis obstruisset. Quod habere illum ex Macrobio testatur Turneb. Adur. lib. 2. c. cap. 16. ubi et citat locum Plinij similem lib. 18. cap. 1. Sciam (inquit) à sereno. Segestam à segetibus appellabant, quarum simulacrum in Circo sunt, tertiam ex his nominare sub tecto religio est. Hanc postremam Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. vocat quemadmodum & hic Auctor, Tutelinam. Atque adeo quum adnotet Turnebus in ms. Plinio legi: Seriam, ego ex vicinitate litterarum puto legendum Sciam, quamquam interim Macrobius Sciam vocat; & eandem recte adnotat Turneb. hic vocari Scissam. Ego veritatem existimo eandem esse Plinij Segestam, Macrobiij Segestam, & Tertulliani Messiam. Quæ tria explicatius distinguuntur à Petro Crinito de honest. discipulis lib. 25. cap. 11. & B. August. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 8. Scia (inquit) quæ satis frumento opitulatur, antequam à solo exsiccant; Sciecia, cui segetes ipsa commendantur; Tutelinæ cellæ itaque reconditæ, seu potius (vix apud Varroem & Nonium Marcellum & omnes scriptores) legendum censio quod à Tutela derivatur, Tutelinæ, sicut nomenque & ara dicitur, in Aenennio, ad tutelam populi Romani. Habes Columnas Scissas, Messias & Tutelinas etiam in dicta descriptione.

74. Eollem & Samothracas existimant.] Imitatur hic Auctor Varroem lib. 4. de ling. Lat. Terra enim (inquit) & calum, ut Samothracam inuisa docent, sunt Dei Magni, & hi, quos dixi mul-

tu nominibus. Nam neque quæ Samothracia (sic enim lego, pro eo quod alij Ambracia, vel Imbrasia) dum viriles species abeant Dei Magni, neque, ut vulgus putat, in Samothraci Diis, qui Castor & Pollux; sed hi magis & feminæ, & hi quos Augustum libri scriptores habent sic Diuipotes (hoc est enim, quod addit Auctor: potentibus, valentibus & sunt pro illis, qui in Samothrace huius diuina. Habes, ubi supra, etiam Aras, Deorum potentium & valentium, de quibus & n. 41.)

75. Obelisci enormitas, ut Hermateles adfirmat, &c.] De hoc Plinius lib. 36. cap. 9. It autem Obeliscus, inquit, quem Divus Augustus in Circo magno statuit, excisus est à Rege Semnefero, quæregantem Pythagoras in Ægypto fuit, centum viginti quinque pedum & doctantem præter basim eiusdem lapidis. Is vero qui est in campo Martio, novem pedibus minor, à Sesostride, inscripti ambo, verum natura interpretationem Ægyptiorum (atque hinc est, quod addit Auctor: Scriptura eius, vnde & census, de Ægypto superstitio est) opera Philosophis continet. An autem legendum sit cum Gelenio: Hermateles, an cum Gagnæo: Termateles, poterit iudicare Lector, ubi aliquid de alterutro Auctore inuenierit. Atqui Castoreus ubi supra dicitur in Circo Obeliscos ponit: Obeliscorum (inquit) prolixitate ad cæli altitudinem subleuantur: sed perior Solis, inferior Luna dicitur esse. Vbi sacra prætorum Chaldaicis signis (pro eo quod Tertullus & Plinius de Ægypto) quasi litteræ indicantur. Eisdem referri est in supra dicta descriptione.

76. matre magna.] Ita Tellurem nuncupatam mansuetum est, ex eo quod infra cap. sequi. Terra matris (inquit) quæ Euipto præfidebat, sicut ex dicta descriptione constat, leoni insidens, iuxta illud: Sedibus in curru biugos agitare leones.

77. caitaquellie præfider Euipto.] Plinius similiter lib. 8. cap. 7. post Suetonium, ubi de Elephantis agit, qui ne erumperent, circumdati erant clatris, seu, ut alij legunt, clostris ferreis. Quæ de causâ, inquit, Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus, Euriptis harenam circumdedit, quos Nero Princeps subleuit. Super quo loco Hermolaus; Euripti, fossa in ludis circumdata pro septibus, quorum loco temporaria prius clostra fuerunt. Eodem pertinet, quod habet Spartianus in Helio abalo: Eutripsi vino plenis nauales Circensibus exhibuit. De eodem Castoreus in hac verba, ubi supra. Eutripus maris vitrei reddit imaginem, vnde illic Delphini æquorei aquas interfliunt.

78. Mutrias quoque idolum fecit Mutriam enim, &c.] Sic omnino legendum, non Mortiam, tum quod præcedit Mutrias, tum quod omnes veteres Auctores Mutriam, seu Muticam, hanc Deam nuncupent. Atqui quod apud Metas coloratur, indicat illud Apuleij lib. 6. cum dicit Metas Mutrias, tum quod P. Vitor in 21. regione orbis Ædium Mutria constituit, sicut & Cretum. Quod autem Mutria Dea amoris vocata sit, patet ex Plinio li. 15. Quis, inquit, & ar vixit fuit Veneri Myrtice, quam nunc Mutriam vocant. Aliunde interim derivat eam hic Auctor à Mutria, qui idolum primum fecerit. Plinio partim consentit Varro de ling. Lat. lib. 4. loco supra citato, derivans aut à Martio, seu Myrtice, ut Plinius, in quo sacellum erat ædificatum Mutriæ Veneri, aut à Murcia, id est, figuli. Atqui in dicta Circei descriptione vixit etiam Ædes Mutriæ.

79. Cereum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipse domus nostræ sine idolis non sunt.] Platærum, sive Compitalitios Deos supra cap. 5. Lares esse diximus. Mercurio Varronem in forum templum constructi vult. In balneis & in stabulis & in domibus Diipenates constructi solent. Eodem pertinent, de quibus libro sequi, Ostorium dicit.

80. Proinde si Capitolium, si Serapeum.] De Capitolio infra cap. 12. num. 127. de Serapeo supra Apolog. cap. 18. num. 271.

CAP. IX.

81. Nunc de arificio, quo Circenses exhibentur, &c.] Caput hoc ad marginem adnotauimus eodem titulo, quo prius: De arte Circei, quod integrum fere descripserunt Isidorus & Hrabanus, ubi supra.

82. Res equestris tetro, &c.] Hinc locum ad verbum penè transtulit Isid. lib. 18. cap. 27. de ludis Circensibus, ubi quod Auctor, retro dicit, ipse antea. item & vti que communis vltus huius reatus non erat, pro: communis vltus non erat; & translatus est, pro eo quod Auctor: transtulit iuxta ms. non enim recte legebatur transtulit. Recte autem Tertullianus; nam & ab equis Hippodromos Græcis Circus dicebatur.

83. Itaque Castori & Polluci deputatur hæc species.] Isidorus: deputantur hæc species; sed illud placet, eo quod præcedat: res equestris de dorso agebatur. Hinc autem pertinet in latæ scæ se ostendunt, sicut & conferat; qui ambuli sumantibus equis atque simonibus de Persæ ostiorum eodem die, quæ fecerant, nuntiauerunt. Ad quod alludit Prædetr. ad. Symmachum hic verba: Nocturnique equites, cæse duo Nutina Rome. Legi etiam Isidorus: quibus equos à Mercurio distributos historia docent, pro eo, quod nos Stesichorus docet; qui si existaret, aliquam hæc de re adnotari posset. Fortasse id habet libro, quem scripsit de vitæ imperatore Helene, de quo Stesichoro, inquam, Poeta insiguit. Quintilian. lib. 1. cap. 1. & Horatius lib. 4. Carmi.

84. Sed & Neptunus equestris, &c.] Vixit hic castigandus est Isidorus omnia voce ludus, & ita ut legatur vltor, non Hippo. At-

STILLERA



A rto videlicet pugnavit in Circo XXX. ut quidam. XVII. elephanti. Genua ex adverso iaculaverunt. mirabili unius dimicatione, qui pedibus confisus respice genibus in cavernas, arrepta scuta iactavit in subime, qua decidentia volupratu spectantibus erant in orbem circumacta, veluti arte, non furore bellus iaceretur.

100. quod fuit Dionysia pene Graecis. De Liberalibus supra cap. 5. Eadem fuisse appellata a Graecis Dionysia vel inde patet, quod eandem fuisse Liberum, & Bacchum manifestum sit, quam quod probatio indiget, atque Bacchum Dionysium a Graecis appellatum tradit Eusebius de Preparat. Evangel. lib. 2. cap. 2. eo quod ad Peluncam Nyses, qui inter Phoenicium & Nilum straxit, pueri Mercario transfusus sit, eundem a Nymphis educatus. Quibus addit, quod hinc loco maxime convenit. Satyri, inquit, eum secuti dicuntur, qui saltando & Tragicis canendo voluptatem ei adferebant. Ab hoc primum Theatum & Musicam fuisse harmoniam inventum. Atque hic emissus illud: DE ARTIBUS SCENICIS, & quod non in multis est. DE ARTIBUS, quae ex margine in textum irruerunt. Deinde ex MS. & Isidor. disti. cap. 51. legitur: quae praeputa & propria sunt Scenae de gelu & corporis fluxu, non sicut, eo quod sequatur, iuxta quod castigatissimus est eodem: Nam mollitiam, seu molliem, Veneti & Libero immolant, illi perlexum, illi per fluxum dissoluti pro quo corrupte legatur: dissolutus.

101. Quae vero voce & modis & organis & lyris transfigurant. Imitantur ex eodem, pro eo quod erat: organis & litteris; nam & Poetae lyris suis concitabant carmina: hinc Lyrici disti. Si interim ad Mercarios postquam illud referatur, postea retineri litteris, ut pate quoniam inuentum illi tribuitur Auctor infra de Coron. militum. Verumtamen videtur Sed et nervos (inquit) idem in sonum strinxit, non obgo: quorum quum usus sit etiam in lyris, placet magis hae lecti. Coniunctur denique a lectio ex B. Cypriano lib. de Spelt. cap. 2. ubi auctorem imitatus Graecis (inquit) certamina vel cantibus, vel in libibus, vel in vocibus, vel in virtutibus praesides suos habens varia demonia.

102. Apollines & Musas & Minervas & Mercurios manicipes habent. Vel hinc confirmatur praecedente dicto: nam & Apollinis simulacro lyra adhibebatur, & Musas tribuuntur lyra spiritibus, quum aliquid & musica ab eis ita exponitur, atque adeo omnis generis & vocum modi & organa seu instrumenta reliqua. Recte etiam & Minervae & Mercurio eadem tribuuntur, eo quod artium omnium illi praesides traduntur. Plura vide apud Gregorium Gyraldum de Digi. Genium, de Apolline & Musis syntag. 7. de Minervae, syntag. 11. de Mercurio syntag. 9. Ex quo opere multa me passim factor descriptis hinc in hunc librum Adnotationibus. eoque magno pro me addunt, quippe qui multum lucis addere possit scriptoribus omnibus. Raro quid manicipes dii, vide Apolog. c. 11. num. 164.

103. nequam spiritus felicitis demones. De his vide peculiariter supra integra 22. 23. & 27. Apolog. c. 11. & Aduer. ibidem notat. Atque lego in calce capituli: confuetant ex ms. pro: confituerunt.

CAP. XI.

104. Ut ordo peragatur, i neamus etiam agnorum retractam. De titulo priori nihil immutatum, praeterquam quod ad marginem reuocemus, qui est: De Agonibus. Atque nemo exactius omni generis Agones describit, quam Auctor istius. Imprimis infra in Scorpiae: Agones (inquit) istos, contentiosa sollemnitas, & superflua certamina Graecorum & religionum & voluptatum, quanta gratia saeculum celebrat, etiam Africa liquit. Adhuc Carthagine singula ciuitatis graulando inquit: donatam Pythico agone post Stadium fenecitum. Ita ab auro (alludens, quod tam apparet, ad Ludos saeculares, de quibus in Argumento) dignissimi credidit est, studiorum experimentum committere artes, corporum & vocum praestantiam expendere, premio indice, spectaculo iudice, praesentia voluptate; qua nulla sunt praemia, nonnulla sunt vulnera, pugni quaerant, calces ardeant, caecus dilaniant, flagella dilacerant, nemo tamen in Agonis Praesidem suggillauerit, quod homines violentiae obiectet. Inuituram actiones extra Stadium: sed quantum luores illi & cruores, & vibices negotiantur intendit, coronas scilicet, & gloriam, & dote, priuilegia publica, stipendia ciuica, imagines, statuas, & qualem potest praestare faeculi de fama aternitate, de memoria refulgentiam. Pythes ipse non quaeritur, dolere se non vult; corona premit vulnera, pluma sanguinem obscurat, plus victoriarum & quam iminatum. Hinc tu lesum existimabis, quem vides laetum? Sed nec victus ipse, de Agonotheta casum exprobrabit. Deinde Metaphorice Christus ab Auctore cap. 3. lib. adu. Martyrum vocatur Agonothetes, Xystarches & Epistates, ubi recte exponitur per Rhenanum Agonothetes, qui certamen instruit praemia propostis, Xystarches, Xystipratus, laei (inquit) in quo per hyemen exercitantur, & Epistates, Athletarum magister, addens apud Dionysium, qui decem vira diurno praerios imperio, in videro dictum Demostheni, Metaphora accepta ab iis, qui imitari & magister apud Aelianum appellantur, quoruete Theofalonicus Gaza transfudit, Sublites & Allites. Adicit ibidem Rhenanus, apud Graecos olim ludaturos Athletas coronate, id est, oleo cerato perfundi solitos, quibus se vniu puluis inspergebatur; hinc videret, Ceromatistas, dictos, atque adeo Christum suos Athletas spiritus vngere. Deinde locum certaminis, in quo Athletae congregantur, & quum Graecis di-

sum, quod in fossa cingi solet, magis in egesta atque adeo prouerbialiter dixisse ibidem Tertullianum. ad hoc Scamma produxit, de quo latius inter Prouerbiales formulas in nostris Prologem. Denique Et Athletas ad strictiorem disciplinam segregari solere, & ibidem Tertull. & Epist. 2. ad Donatum tradit B. Cyprianus, de quo videat ibi Lector Aduer. nostras num. 23. & infra quoque, ubi de Gladiatoribus agemus: nam id ipsum in illor competit.

107. Proinde Tituli. Illud: Tituli: ex M. S. adiectum nam eodem ordine & de reliquis agit primum ab origine, deinde a Titulis, ab apparatus & a locis.

108. Olympia Ioui quae sunt Romae Capitolina. Hercules, inquit Plinius lib. 7. cap. 56. Olympice Athleticam instituit, ab his, quod quinto quoque anno ferent Olympiades, de quibus sic Euseb. in Chronicis: Aeschylus, inquit, ludicus Atheniensis anno 2. prima Olympias aeta, qua erat Agon Gymnicus, in quo Choroebus Helienstis existit victor. Heli enim agunt quinquennale certamen quot uor annu in medio expletis, in quibus principes anni consueunt ut quatuor: quae Olympiadem Iphitus filius Praxenidus sine Harmonis primus construxit: Idque anno 3. Phaeaciae regis Israel. Cui correspondet illud Pomponii Mela: In Achaia quondam Pise Oenonai Elis, & nomen delubrumque Olympi Iouis, certamine Gymnico, ipso simulacro quod Phidia opus est maxime celebre.

109. Herculi Nemaeae. Nemaeae, inquit Rhenanus in lib. de Cor. mil. celebrabantur in honorem Herculis, qui in Nemaeae sylualoni occidit Ludi instituit propter Archeworum.

110. Nepruno Isthmia. Ludos Gymnicos, inquit, ubi supra, Plinius, in Arcadia Lyconia, sivebret Acahstus in Iulio, post eum Theusus in Isthmo. Hinc & Strabo lib. 8. in Isthmo (inquit) Nepruni, quem Isthmum vocant, templum eminent, picarum arborum luce circumclusum, ubi ludos Isthmicos decernit Corinthi celebrare solent. Legimus autem cum M. S. ceteri mortuorum vari agones, pro eo, quod erat: mortuari.

111. de sacerdotibus praefidis, de Collegiis miniftris. Similiter supra dixit cap. 7. Quae collegia, quot sacerdotia, quot officia. Atque Sacerdotum Collegii meminit Cicero aduen. Verrem, & mox Auctor Collegiarum Mufcarum, Mineralium, Apollinarium, & Martialium per duellum per tubam. Atque Nummi Pompilius plura in ciuitate (ut Plutarchus scribit) Collegia constituit quae per artes singulas distinxit. Ea L. Iulio & C. Mario Coss. Senatui consilio sunt sublata quum aduersus Remp. esse viderentur. Post nonem deinde annos quam sublata fuerant, P. Clodius (vix est apud Padianum) legem tulit de Collegiis restituendis, nouique in ciuitate instituentis. Vnde Cicero: Collegia (inquit) non solum, quae Senatus tulerat, restituit, sed innumerabilia quadam ex omni saeculo urbis acerrimo concitata, idque ad varios Deorum honores. De hinc Iulius Caesar (Suetonio teste cap. 42.) cuncta Collegia praeter antiquissimum constituta detraxit. Quod ipsum referat etiam in Oratione cap. 31. idem refert in Claud. c. 21. quod in cooperandis per Collegia sacerdotibus, neminem nisi iuratus nominauit.

112. ut stadio Circum amulentur. Iudicium iuxta Gell. lib. 1. cap. 1. dicitur, etiam id est a statione, quod Hercules eo stadio uno spiritus confecto, constitisset. Institutum quippe ab Hercule Stadium tradunt, eumque pedibus suis metatum esse id Stadium, quod est Pisis apud Iouem Olympicon, fecisseque longum pedes sexcentos. Atque Domitianus Romae inter cetera etiam Stadium exstruxit. Hinc Iulius Firmio Stadiodromus, qui stadium percurrit item & Plinio lib. 34. cap. 8. Leontius (inquit) sicut Stadiodromum Aethlon, qui Olympia ostenditur. Neque enim Aethlon, loci ipsius nomen, ut quidam volunt, sed Athleta. Legimus vero cum M. S. & ipsum eius idoli, ex quo adiectum; eius.

113. Sed & Gymnics artes Castorum, & c. disciplinae proderunt. Sic iterum cum Gagnao, pro eo, quod irrefragat Gymnicis Gymnicus autem ludus (inquit Isidor. ubi supra cap. 17. 18. 20. 21. 22. & 32.) est velocitatis aut virium gloria. Antea certantes cinerant, ne nudarentur: post relaxato singulo repente posttratus & exanimatus est quidam cursor, quare ex consiliis decreto tunc Aethon, id est, Xystarches, Hippomenes, ut vult deinceps omnes exercitarentur, permisit. Ex illo quoruete dictus est (sic enim legendum ibi consilio non gymnasium, de quo prius egerat) quod iuuenes nudi exercitantur in campo, ubi solatantum pudenda operiantur. Genera autem Gymnicorum quinq; saltus, cursus, iactus, virtus, atque ludatio. Atque teste Plinio lib. 7. cap. 56. ludos Gymnicos instituit in Arcadia Lyconia.

CAP. XII.

114. Superest illius insignissimi spectaculi acceptissima recognitio, Munus, & c. Etiam hic prior titulus verumtamen, at in margine reuocemus istis: De Munere. Quod ipse ita palestere, quid sit, explicat, ut commentario magno non sit opus, vix etiam adiectum epist. 2. B. Cyprian. ad Donatum, num. 27. ad illud: Et spectaculi licet praesent largior Muneris apparatus amplificat: Eodem pertinet sphaerice iurisdictione Munus date, I. Mortuo & Munus edate, I. Choriadimus De pollicite. Quod autem Auctor hic & Apolog. cap. 4. non uno in loco Cicero simpliciter, Munus, Sueton. in Caesar. cap. 39. Munus gladiatorum dixit. Muneratum autem (inquit Quintilian. l. 8. cap. 3.) Augustus primus dixit eodem appellari nomine & Suetonius Domitianum cap. 10. efferat spectaculi, seu Gladiatorum ludu exhiberet.

STILL
ERA

A

Cuiusmodi. quando. & à quibus exhibiti sunt ludi, mox dicemus latius. supra etiam aliquot adnotavimus n. 77. 98. & 101. Atqui B. quoque trenas lib. adu. baref. 1. cap. 3. hereticiorum extra impingit: quod non absterent, quod est apud Deum & homines odiosum (sic enim lego projectum) Muneris homicidale spectaculum.

115. quoniam officium etiam Muneris homicidale spectaculum. Hinc Cicero lib. 1. de Divin. Officium munusque fere coniungere soleant. Hinc Cicero lib. 1. de Divin. Officium munusque fere coniungere soleant. Hinc Cicero lib. 1. de Divin. Officium munusque fere coniungere soleant.

116. captivus vel malo ingenio servus mercati in exequiis immolabant. Habet idem Alex. ab Alexandro Genial. dierum lib. 6. adens apud Athenienses usum obtinisse, ut Imperatore viva funtione duodecim captivi ad sepulchrum ingulati vna tumulenter.

117. edicto Inferiarum die apud tumulos erogabant. Inferiis (inquit Pestus) sacrificia, qua diu Manibus inferebant. Facit autem pro Auctore illud Virgilij 10. Æneid.

Vientes rupit infrias, quos immolet vmbis, Atque etiam huius secundo introducta consuetudinis meminit Alexander ab Alexandro, adiciens ad id certamen, non modo Gladiatorum à Lanis eruditos produsse, sed & à Nerone exhibites ad forum Senatorum c. c. c. & Equites n. c. Et Domitiani quoque temporibus non modo Nobiles, ad virtutis specimen ostendendum, in arena produsse, sed & mulierum pugnas illam commisisse, donec cautum futit, ne Equites Romani Ludo arena polluerentur. Primum autem & Iunium Brutum, in honorem patriæ munus edidisse Gladiatorum restis est Linius in Perioche. Legimus autem ex eo, cod. quia ferrum voluptati satis non ficebat, pro eo quod erat: ferrum voluptati satis non ficebat, alioqui enim repetitio fieret superacanea in eo, quod subtingitur.

B

118. nisi & feris humana corpora dissiparent. Valerius Max. lib. 2. tradit, Atque Gladium & Fulvium Coss. primos in foro Bolaris Gladiatorum cum feris commississe. De hoc in hac verba Ipd. ubi supra cap. 48. Ferrum pugnerat, missis bestias iuvenes excipere, & pugnare adversus eas, ut troneo finire certare, non crimine, sed favore.

119. Quod ergo mortuus litabatur, utique parentationi deputabatur. Aludero videtur ad illud Cicero pro L. Flacco: Licetum igitur Lentulo, parentem Cerebo. Parentare enim primum accipiebatur pro parentibus iusta celebrare, deinde & ad alios translatum. Ad insuetum autem nostrum pertinet illud Seneca, epist. 123. Mortuus certe vivis parentatur.

120. Quæsturas dico. De Quæstionibus aliquid diximus in epist. 1. ad Donatum B. Cypr. n. 42. Atqui huc pertinet, quod habet, ubi supra, Alex. ab Alex. Num antea Gladiatorum Ludi Imperatorum munus forent, Claudius princeps ut pecunia Quæstorum fieret, causi edicto.

C

121. & Magistratus] Magistratus (refte Festo) qui per imperia potentiores suos, quam prius. Hac itaque appellatione intelligit Auctor Ælilianum, Pertriam, Consulatum ac Dictaturam. Nam apud Plinium lib. 8. huius naturæ, legitur, in Ædilitate Curuli Gladij Pulcrum primum Rome pugnavit Elephantos, deinde & Luculum cap. 7. Lennum plurimum pugnam Rome primum edidisse. Scævola p. filium, ca. 16. M. Scævrum 150. Pantheras & 5. Crocodilos, cap. 17. & 26. Domitium denique Ænobarbum versus Numidicos 100. & totidem venatores Æthiops, cap. 36. In Prætura vero centum iudicatum Lennum pugnam primum omnium L. Syllam, qui postea Dictator fuit, ca. 16. In Consulatu Pompeij altero Elephantos 20. & Leones 60. Cesaris Dictatoris tertio Elephantos etiam 20. ac Leones 400. ca. 7. & 16. Denique Dictatoris Cesaris Ludis Ciceronibus primum visam Camelopardalim, ca. 18.

122. Flaminiæ & sacerdotia. Fortassis ob F. Minnes & sacerdotes, qui Munerum editionem præter morem usurarent, Tiberio imperante, cautum fuit, uti scribit Alexander, ubi supra ne quis Gladiatorum munus daret, cui minus quadringentis millibus census esset.

123. quod purpure, quod facie, quod vitæ, quod coronæ. Ita omnino lego, pro eo quod irrepserat corruptiss. Falces, neque enim falces in Gladiatorum munere usurpabantur, sed facie. Vide autem de purpura & vitæ Adnot. nostras ad cap. 15. Apolog. nu. 231. De coronis vero, quarum hoc lib. frequentissima mentio: Læ Cor. milit. pene integram, & ibidem de canis, seu facis, cap. 18.

D

124. conones & edicta. Similiter loquitur Liv. lib. 1. Conone (inquit) edicto fecit sedem, ne quis civem Romanum vinculum aut clausum teneret. Violentur itaque ante editionem Muneris Gladij orij aut inter sacrificandum, aut paulo post, variis fuisse usurpata conones & edicta (ut cum Tacito loquar) in populis: quos plerumque etiam educebantur contra Christianos, uti infra latius cap. 23.

125. & pultes pridiane. Pulvium & liberum solitos Deorum vitæ irritat Arnob. lib. 7. dicens, se opinari, propterea illo vino opus esse in sacrificiis, quo purefiat facilius, & percoquatur cibis. Et multo ante eodem lib. Quod fritilla (sic enim lego à frit. pro sili) quid frumen; quid gratilla, cantuum, conspelinum, cunibula, ex quibus duo que priora sunt, pulvium nomina, sed genere & qualitate differat, series veroque sequitur liberum significatio continet.

126. Amphitheatrum. Amphitheatrum (inquit Iphorus, ubi supra cap. 51.) locus est spectaculi, ubi pugnant Gladiatorum, ita dicitur, quod ex duobus theatris sit factum: nam rotundum est, theatra vero semicirculi figuram habent. Huc pertinet illud Suetonij in Nerone. Hic Ludos spectavit Prosenij sagittæ muneræ, quod in Amphitheatro dedit. Ad id Cassiodorus Var. 1. 5. epist. Theodorici Regis ad Maximianum. Ovis pecie, sic enim castro, eius arenæ concludens, 127. Capitolium omnium ædificiorum templum est. Capitolium non modo Roma, sed & alii in locis, atque civitatibus erectum fuisse ex Sidonio patet qui & Narbonensis, & Raemonis, & Tolosani Capitolium meminit, in Vitis sanctorum Apollinaris & Saturnini atque Mæo & Carthaginis fuisse Capitolium, patet ex Cypriani Epist. 55. & lib. de Lapsis. Atque Romano Capitolio clarissime omnium scribit Arnobius adu. Gentes lib. 4. Nonne, inquit, vides, in Capitolis omnibus virginales esse species Minerarum? & lib. 6. Regnatoris, inquit, in populi Capitolio quis est hominum, qui ignaret, Tolle se sepulchrum Vulcanianis? Quis est, inquam, qui non sciat, ex fundamentum sedibus caput hominis evolatum, non ante plurimum temporis, aut solum sine partibus ceteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humanis officio sortitum? Quod si planum fieri testimonium postulari Auctorem, Sannonicum Grammianus, Valerianus vobis & Tabus indicabunt, cuius Tolu filius fuerit, gentis & nationis cuius, ut à germani serulo vita fuerit solatur, & lamina, quid de suis commenerit civibus, ut eis abrogata telluris patriæ sepultura. Consideret etiam, quamvis nolle istud publicare fingant, quid sit capite restis factum, vel in qua parte fuerit curvata obcurvitate conclusum, ut immobilis videlicet atque fixa obsequati omnino perpetuas fuerit. Quod quam opprimat par est, & vetustatis obliteratione celari, compositio nominis tecti in medium, & cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit officio nec procedere; nec erubescit civitas maxima & numinum conditorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Iouis nuncupare.

128. Martem & Dianam, &c.] Præterquam L. adum intelligit, opinor, tum eum qui per Iulos Gladiatorum Marti, tum eum qui cum feris fiebat Diane consecratus: Diane, inquam, Scythica, ut tradit Theodorici Rex epist. ad Maximianum, Variarum Consulorum lib. 5.

CAP. XIII.

129. Satis, opinor, implevimus ordinem, &c.] Titulum huius capiti dedimus: Præcedentium Epilogus; quo nempe conclusum fuit, ad omnium 4. generum spectacula, tanquam ad idololatriam, abstinendum.

130. in consecrationibus idolorum sue mortuorum, sine (ut putant) Deorum. Vnde adnot. in Apolog. cap. 12. num. 176. De consecrationis ritu, & quod Dii non sint, sed homines mortui, integra duobus capitibus tractat Auctor eiusdem Apolog. cap. 10. & 11. De idolis etiam, quod nihil sint, libro sequenti de Idololatria.

131. de parentato edimus.] De abusu obsequiorum parentationum ad vestra, vide Adnot. nostras supra ad lib. de Testim. animæ, cap. 4. num. 20.

132. ab idololatriis & necrothiis voluptatibus.] Quædam modum edidit, in scripturis sacris appellantur, qua idoli immolantur, ita & eadem derivatione dixit Auctor nostris, mortuus immolata.

CAP. XIV.

133. Nunc interposito nosse idololatriam, &c.] Capiti huius titulus à nobis attributus est: Quod concupiscentia nominatim dicitur spectacula. Legimus autem omnino: nosse de idololatria, ne fideat: Pessimum interposium notitiam idololatriam, quod nempe ad idololatriam pertinet spectacula. Et mox cum mi, quæ parum etiam de spectaculis pronunciat, procliterit.

134. cum concupiscentia feculi damnantur, &c.] Alludere videtur ad illud 1. Ion 2. Omne quod est in faculo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex faculo est, & faculum transit, & concupiscentia eius.

135. nominatæ concupiscentiæ.] MS. nomina concupiscentiæ, sed neutrum satisfaciit, integra peridius hac aut mutata est, aut corrupta.

CAP. XV.

136. Videtur ergo, ut diximus, principalis titulus idololatriæ, &c.] Caput hoc inscriptum est: De furore, bile, ira & dolore. Ferrum etiam hic corruptus est locus, cui sine ms. codicum plurimum operederi non potuimus.

137. Deus præcepit Spiritum sanctum, &c. tranquillare, & tractare, &c.] Alludit hanc dubie ad illud Ephef. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia, indicant, per posteriora illa verba explicari præcedentia.

138. & doler.] Insigne huius rei exemplum recitat Plinius lib. 8. cap. 7. Univerfi, inquit, Pemptiani elephanti eruptionem tentaverunt, non sine vexatione populi, circumdanti clostris ferreo. Sed amissa fugæ, se miseritordiam vulgi inenarrabilis habitu quarentes, suppliciter, quædam se lamentatione complorantes. Tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris, ac munificentia honori suo exquirere.

A. Hinc vniuersus confurgeret dirasque Pompeio, quos ille mox laus, praeceps impetraretur. Atqui ius leges in mobilis animi, cum excu-

139. Ipsi casus incitamenta sunt adfectus. Huius quoque ex- perientiam videre est apud D. August. Confess. lib. 6. cap. 8. de Alypio. Quum, inquit, auferretur & delectaretur talis, quidam eius amici & consilijs, cum forte de praeioro redirentibus obitus esset, recu- antem obtemperat & resistens, familiaris violentia duxerunt in Amphitheatrum, crudelium & fanelorum Ludorum diebus, hoc dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi confis- ratis, sumquid & animum & oculos meos in illa spectacula potestis intendere? Adero itaque ab illis, & sic & vos & illi sermo. Quibus auditis illi nihil factus cum adhaerens secum, id ipsum explorare cupiens: utrum passus efficeret. Quos ubi viderunt, & sedibus, qui- bus poterant, locati sunt, & stabant omnia immutabilibus volu- ptatibus. Ille clausis foribus oculorum, interdicit animo, ne in tanta mala procederet; neque utinam & aures obturasset. Nam quodam pagano calli, quum inquit clamor populi totius cubementer eum pul- sisset, curiositate uictus, & quasi paratus quicquid illud esset, et- iam visum autem non esse, aperuit oculos. Et percussus est grauius oculare in anima, quam ille in corpore, quem videre con- cepit: quod miserabilis, quam ille quo cadente factus est cla- mor. Porro post aliquot inuolans, pro eo quod ex 14. legunt: nisi & talia licentibus non conferamus, ms. facitantiibus. eligat alterutrum

CAP. XVI.

140. Quum ergo furor interdicitur nobis, &c.] Hinc capiti ti- culum dedimus: De furoribus Circa. In quo imitatur illum B. Cypri- leca supra citatus, praeceps quod hic pulcherrime explicat morem Sponsonum in populo committendorum Gladiatorum, iuxta fortes in vna volutatus, & similia, de quibus mox laus.

141. iam de sponsonibus coniecitatum.] Sponsones (inquit Turmibus Aduer. lib. 8. cap. 4.) intelligit de pistris pignoris aut pe- cunia de alicuius Gladiatoris victoria factas. Eodem pertinet illud Martialis:

Sed cum sponso fabulazque laque Delecto pueris incitato.

142. Tardus est illi Praetor, &c.] Eodem istud pertinet cum eo, quod mox sequitur, De hinc ad signum anxii pendente. Nam Praetor (vbi adnotat Turmibus lib. Aduer. lib. 8. cap. 3.) signum quadrigis mittere, vti & carceribus extenit. Mitis autem seu emissio quadri- garum forte mitteretur, & Praetor, qui Ludis praerat, ex vna est educatur: hoc est enim quod habet Aduer. semper oculi in vna eius cum fortibus volutantur. Hac ille. Hic adde, quod adnotat Politi- nus, agens de Ludis secularibus in suis Miscellanis: Centum milibus siliari in Cir. censibus, proinde Domitiani Ludis, quo facilius torde- re peraguntur, singulis de septenis spariis ad quina ab eo fuisse cor- rupto. Deinde alludit hoc haud dubie Aduer. supra lib. de Pallio ca. 1. ubi vbi: At quum secularium fortium variat vna, vbi aliquid de eorum fortium in vnam mittendatum diximus nun. 9. Certe et- iam in Seneca spectaculo forte emitti solebat, & circa ea, patet ex illo Sen. di. Nerone cap. 1. Nomen suum, inquit, in albo profertentium et- thaeorum iussu adhiberi, forticulae in vna demissis cum ce- tibus, mirantur ordine suo.

143. Miti dicitur, &c. non videtur, nisi quid sit, Mappam piam.] Mappam, inquit Quintil. lib. 1. cap. 9. vbi dicitur nomen Cir- cae, Peci sibi conueniens. Super quo loco intelligit interpret Mappam vitiari Auriga de Praetore missi solitam. Verum magis placet Eudae sententia, qui tradit, signum fuisse committendorum aurigarum, quam sequitur & Turmibus, vbi supra, eo quod sequatur: Ex eo i- tar in funas & animos & discordias, &c. Odi etiam suffragia. Si enim mappa victoria signum et post brachium seu coronam datam, frustra sibi suffragia. Constat autem idipsum ex Suetonio, qui de Nerone cap. 22. ita scribit: Vniuersorum, inquit, se oculis in Circo Maximo praebuit, aliquo liberto mittente mappam, unde magistra- tus solent. In qua sententia Castidorum fuisse adnotat in Suetoniam Sabellius, allegans ibidem similes locos, Martialis lib. 12.

144. Cretatam Praetor quum vellet mittere mappam, Praetori mappam sutripit Hermogenes. & Inuenale Satyr. 22. Interca Megalelicae spectacula mappae.

Certe nostram sententiam veriorum esse conuenit dicitur Castidorus Variarum lib. 3. epist. 51. supra citata ad Faustum Praepositum: Mappa, inquit, quae quum dare solet Circeibus, tali casu fluxit in mare. Quum vero praesidium protenderet, & celeritatem, ut asso- luti auditis spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua vergendis certaminis posuitur, in ista abyssi per fenestram, ut libertatem daret deatit esse promissio Circeium futurorum. Atqui inde Prouer- bium ortum indicat Aduer. lib. adu. Valent. infra Tomo sequenti: Sed, inquit, mappa, quod autem, missa. Vbi postmodum eadem mala apud Romanum reperit, Atqui illud: sed est diabolicalto praeci- pitat figuratam confirmat nostram sententiam, eo quod post map- pam missam incipiens diabolus in furia & discordia, &c. Est autem Tertullianicum illud quae sine causa odium, pro: potius quam.

144. vbi ne Principibus quidem suis aut ciuibus parant.]

Praterquam quod supra eius rei exemplum posuimus, certe idipsum habet supra auctor. Apolog. cap. 35. Ilios (inquit) Quintus, ipsam vernaculam septem collium plebem conuenio, an alicui Caesari suo parcat illa lingua Romana? Testis est Tiberis & schola be- stiarum. Huc pertinet illud Suetonij in Domitiano: Patrem familias quod Thracem Myrmillonem parem, manerario (Imperatori nempe impari) dixerat, detractum de Spectaculis in harenam, canibus obie- cit cum hoc titulo: Impte locutus Parmularius. Quare & huius in- uentus Theodorici Rex epist. 27. 30. 31. & 32. lib. 1. Variarum Casti- dorij editio vult. Atque illos (inquit epist. 30.) Edictali program- mate definitus, ut si arores iniuris in quempiam Senatorum uox iniusta scripserit, non erit se a Praefecto vrbis legibus audientem, & re- ne prolixiores sumus. Idipsum de Sena ibidem subiungens, quamuis paulo obcurtus, clarior autem B. August. de Comedia, & Cicerois lib. 4. de Republica, mentionem facient de lege 11. Tabul. contraria lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 9. & 12.

145. alibi ms. & Gagnese alibi. verum illud placet nam si- militur Plinius lib. 11. cap. 14. Alibi (inquit) fauicera spectabiles gi- guntur, ut in Pelagus, Sicilia: alibi mellis copia, ut in Creta, Cy- pro, Africa, alibi magnitudine, ut in Septentrionalibus.

CAP. XVII.

146. Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemus.] Dedimus hinc titulum capiti: De Theatri impudicitia. In quo il- lum de seruis verbis imitatur B. Cypri. epist. 2. & lib. de peccaculis, cap. 5. Laetantius lib. 6. cap. 20. & August. lib. 2. de Ciuitate Dei. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Alludit autem hic Aduer. ad illud Marci 7. de quo reliqua citat sub fine huius capiti: Que de homine ex- eunt, illa communicant hominem. Ab intus enim de corde ho- minum male cogitationes procedunt, adulteria, fornicatioes, &c. impudicitiae, &c. Omnia haec ab intus procedunt, & com- municant hominem. Fortassis & ad illud Roman. 13. Non in cul- tibus & impudicitis.

147. Atellanus gesticulatur.] Ita omnino legendum cum Ezi- nio, pro: gesticulatur. Atella Ptolomaeo & Stephano oppidum Oco- rum, vbi grande & egregium Amphitheatrum; hinc Atellani ludi, Lino teste lib. 7. quod genus ludorum (inquit ille) ab Ocius acceptum tenuit inuentus, nec ab hispanis polli passus esse.

148. quam Mimis etiam per mulieres representat.] Ita omni- no legendum, pro eo quod antea corruptiss. minus, nam idem pena vrbis & B. Cyprian. epist. 2. & Laet. & August. de Mimis loquuntur, de quibus aliquid diximus ad dictam Cyprian. epist. num. 30. Alludit hic etiam Iudorus, quum dicit: Theatrum etiam lupanar vocatum & prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi proferrentur. Quod istum iam duo antea reprehendit Chryso- st. hom. 6. in Matru.

149. Quum denique Pantomimus.] Similiter distinguit Ar- nobius lib. 4. Quod Pantomimi vestri, quid est istones, quid illa Mi- mocum atque exoleti generis multitudine? Dicitur autem Panto- mimus, tanquam per sonarum omnium imitator esset regne. Hinc Castidorus, vbi supra, li. Variar. 4. epist. vlt. Pantomimo (inquit) de multis imitacione nomen est. Idem corpus Herculeum designat & Venere (cui familia Aduer. Apolog. cap. 19.) fremant praesentat & marem, regem facit & militem, senem reddit & inuenem, ut in vna credas esse multos, tam varia imitacione discretos.

150. Seipes, elogium.] Alludere videtur ad ludos Senecae: Ma- tris Deum Cybeles, de quib. potissimum August. vult obsecrare: nam editio caueantur (vbi adnotat Alex. ab Alex. vbi supra.) Prae- ter Ideae matris familias, easque iustis diebus ne quis stitem cogito. Quae ista de re plura videtur Lector in Apolog. ca. 13. p. 195. & 42. ca. 551. De elogio vero sic ad Senpulam, c. 4. n. 26.

151. cum spiritui appareat aures & oculi.] Similiter dicit lib. de Refert. carnis: appareat anima super quo loco Rhenanus: Appa- retet (inquit) est miserrare, famulari, inferre. Et est, ut Aconius docet, minoris ad maiorem. Vnde & Apparitores dicitur viatores, qui iudicibus praesunt, & ipsi, natusque coram exponant. Quos sensu & hic accipi patet vel ex eo, quod de istis oculis & auribus sub- iungitur: cuius apparitores inquinantur. Eodem etiam signi- ficatus dicit Aduer. lib. de Praescrip. adu. haer. & apparito de- uota.

CAP. XVIII.

152. Sin & doctrinam secularis litteraturae.] Inscriptimus hoc caput, De studiis & palaeistica vanitatibus. In quo imitatur Aucto- rem B. Cyprian. lib. de Spectac. ca. 7. & Laetantius, vbi supra, ac Ar- nob. lib. 7. Alludit autem ad illud 1. Cor. 3. Sapientia huius seculi stultitia est apud Deum.

153. Iuloriani vel Agonisticam scenam.] Quamquam prima facie pertinere istud adhuc videatur ad Theatrum, certe & in O-lympijs ac quinquenniorum certaminibus qua in stadio sebant, mo- re Graecorum (quo pertinet illud propter Graecia octium) ceperunt tandem etiam Comedia & Tragedia celebrari. Quod imprimis indicat illud B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. 2. Graeca illa certami- na, vel in cantibus, vel in siliis, vel in uocibus, vel in viribus, praesi- des suos habent diuersa demonia: atque adeo etiam Comica & in- uulles curas, & Tragedia uocis insanit c. 6. Inter Graeciae oblectamen- ta recent. Deinde Alex. ab Alex. vbi supra: Fuit praeterea, inquit, quinquennale ludicrum, in quo ta uersu qua profa orone Graece Latine-

que

STILL
ERA

172. manifeste dampnant ignominia.] Eodem pertinet, quod in initio capitis sequens, eos dampnatos dicit, (viri castigati de quo infra, Petrus Faber) in quendam Epulum famositatis. Aludius haud dubie ad Edictum Praetoris (quoniam Spectaculorum Administrationem dixerunt) quod exstat lib. 3. Digesti Titul. 2. De his qui notantur infamia. l. 1. quod inter cetera continetur: Infamia notatur, qui arti ludica promiscuandae causa in Scenam prodierunt. Ad quod Edictum lib. 6. ita scripsit Valerianus ibidem l. 2. §. ult. Eos enim, qui quibusvis causa in Scenam descendunt, & omnes propter praemium in Scenam procedentes, famulos esse Praetoris & Senatus sibi responderunt. Atque adeo etiam intelligi debet ius hic Tertulliani de his, qui quibusvis gratia in Circum quatuordecim, in Scenam Senecae, in Xystum Xystici aut in harenam profecti aut harenarii. Nam Ministros ludorum sacrorum, qui ad quibusdam etiam appellabantur generali nomine Agitatores, Tymistici, Xystici, ignominiosos non haberi respondisse Sabinius & Cassianum idem Valerianus eodem lib. tradidit leg. 4. tituli supra dicti.

173. & capitis diminutione.] Hac quoque phrasia Inconfultorum, apud quos est Digesti lib. 4. Tit. 5. De capite diminuto. Atque quam iuste Pando libro 2. ad Sabinium, uti libet legitur l. ult. Capitis diminutionis tria sunt genera, maxima, media, minima; tria enim esse, quae habentur libertatem, civitatem, familiam; cum quorumvis una amittitur, maximam esse capitis diminutionem; cum etiam amittuntur civitas, media; cum familia tantum mutatur, minimam, videtur hic improprie accipi familiam inuito ab Auctore, pro famae diminutione, atque hinc vocari ad Cassiodorum Variarum libro 7. capite 33. famae diminutio. Nam neque civitate pulsati sunt, neque amittuntur Augusti (viri etiam Suetonium Octavii cap. 41.) neque in servitium redacti, Senatus tamen vocati & omnibus honoribus, ut sequitur, quia infames.

174. atentes curia, rostris, Senatu, Equite, ceterisque honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta perverfitas.] Ita omnino legendum, pro eo quod erat mendose: ac ornamentis quibusdam. Quanta perverfitas. Quod autem Senatu avertentur, patet Suetonium in Caesare cap. 19. Minore (inquit) in fora dimicavit A. Calpurnius Senator quondam; ac sic fuit, antea quidem Senator, at nunc minime. Clarus item ex eiusdem Octavianus, capite 43. de Equite. Ad Senatos (inquit) & Gladiatorum operas, & Equitibus Romanis aliquando visum est; verum prius quam Senatusconsulto interdiceretur. Unde patet, sub Augusto facti Senatusconsultum editum ad quod haud dubie Auctor alludit. De quo plura apud Petrum Fabrum Praefatum Theolofiam, Semisfortum libro 1. capite 20. si non fallit memoria, nam nunc ad manum non erat liber. Atque de Curia vide Adnotat. nostrarum in Apolog. capite 19. numero 111. & de Rostris in B. Cypriano supra dictam Epist. 2. numero 5. Reliqua notiora sunt.

C A P. XXIII.

175. Quam igitur humana recordatio, &c.] Titulum huic capitis dedimus: Quod si humana, multo magis divina iustitia in Spectaculorum artifices animaduerat. Et comprobat id ipsum apte Iugulius scriptoris.

176. coloratus ut leno.] De coloribus equorum in laudis Circensibus supra asserimus diximus capite 9. Hic indicat etiam Antigas seu moderatores equorum (nam utroque nomine appellatur ad Cassiodorum Variarum libro 2. capite 9.) etiam diversis coloribus visos, & coloribus singulas nomen suum habuisse factiones divisas in partes & populos. Huc pertinet illud eiusdem Cassiodori leg. 3. epist. 51. Transse Praefatus, pars populi moeret; procedit (nam sic logo, pro eo quod erat: praecedit) Venetus, & postior turba civitatis affigitur. Similiter de tulleo & albo aurige discreti sunt. Qui quod etiam Senecae Pantomimos diversis iisdem coloribus visos significet idem Cassiodorus l. 1. epist. 27. & 33. Partis (inquit) Praefatus insinuatione comperimus (quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocentur) (seditionis turbulenciae) (sic enim corrigo, pro: turbulenciae) ad quibusdam sceleratissime iuncturi, & causam latitiae publicae ad finem certamina prorupsisse. Quapropter, &c. à vobis Praefatus Pantomimos constituitur, &c. Eodem pertinet illud Antonini Imperatoris in vita sua: ut supra scriptis: utriusque, utriusque, utriusque, intelligens eos, qui factioni fauebant Praefatus aut Venetae. Item Praefatus agitatoris meminit Suetonius in Nerone, capite 22. & Spartianus, qui Nerone Praefatus factioni fausse tradit. Item quod Domitianus duas Circensibus gregum factiones aurati purpurisque panni ad quatuor pristinas addidit, apud eundem capite 17.

177. qui vultus suos non aucta mutat, &c.] De his abunde libro de Pallio supra, capite 44. num. 62. Quod autem addit: infidelis erga faciem suam; latius explicat B. Cypr. de Disc. & habit. virg. namquam peccatur contra Dei similitudinem, ad quam nos factus Genes. 1. Scriptura dicit.

178. quam non contentus Saturno & Iphi & Libero proxima facere.] significat auctorem depingere solere imberbes Saturnum, Iphidem, & Liberum, quod ex diversis Numismatibus Goltzii est animadvertere. De Saturno id ipsum confirmatur ad Gyrardo, libello suo de facie in obelisco apparente, quodque castratus à lae filio tradidit, cuiusmodi carere barba solet. De Iphi, quod Dea fuerit, nihil difficultatis. Alludit fortasse etiam ad eius sacerdotem, qui non barbato modo, sed & caput solet rasare. Liberi denique simulacrum

(Maerbio teste) partim puerili, partim iuvenili aetate pingebatur: ad qua Auctor refert: nam varia erant barbata spectata. 179. insuper contumelias alaparum sic obicit, &c.] Mimi enim (viri adnotat loco supra citato Tyrnebus) in Theatralibus Spectaculis quomodo dabantur, alios Mimos ad risum excitandum alapis cadere solebant. Aludius autem ad praecipuum Domini, seu movellam, uti commodius libro de Patient. capite 8. loquitur (de quo atibi latius) Verberantem in faciem, etiam alteram genam tribue. 180. Sic & Tragedos cothurnis exultit.] De cothurnis diximus aliquid in Epist. B. Cypriani 2. numero 29. Formam vero eiusmodi calceorum tradit Cassiodorus Variarum l. 4. epist. ult. Tragedia (inquit) ex voce vastitate nominatur, quae concanibus repercutio-nibus roborata, talem sonum videtur efficere, ut pens ab homine non creditur exire. Erigitur autem in hircinos pedes, quia si qui inter pastores tali voce placuisset, capri munere donabatur.

181. Iam vero ipsum opus personarum, &c.] Persona (inquit Plin libro 12. ca. 14.) adicitur capiti, densisve reticulis. Itaque autem pertinent quae supra diximus num. 149.

182. maledictum esse, qui muliebris vestitur.] Hunc locum imitatus est B. Cypr. epist. 61. ad Eucharium de Histrione, ubi facit ad intellectum eius, quod hic dicitur: qui etiam muliebris curatur, quod ibi legitur, sed & gestus quoque turpes & molles & mulie-bres magisterio impudice arte exprimit, quo fit ut corruptum puzem illud, curatur, & legendum censum: curat, nam Plautus Trinumpho, curare rebus publicis dixit; deinde Auctori refertam pro-cedere cum Datio ostendimus lib. ad Scapulam capite 4. nu. 34. & curate similiter, Apolog. c. 46. nu. 57.

183. & aurium fungos.] Fungum adnotat, ubi supra, Tyrnebus, appellari à similitudine in auribus pugilum tuber prominens ex ictu-bus castum.

C A P. XXIV.

184. Quot adhuc modis perorabimus, &c.] Inscriptum hoc capiti simili, quo 4. capite supra titulo: Quod in baptismo Spectacula ceteramus, & Christiani agnoscamur de repudio eorumdem; nam id ipsum laicus hic reperit, quod & facit eum imitatus B. Cyprianus sapientia epist. 2. Nos autem omnino legimus: Quot modis, pro eo quod corruptissime legebatur, Quod, in Lugdunensi editione.

185. aduersus quam in signaculo fidei ceteramus.] Latius hac de re lib. de Baptismo. Vox autem: ceterare: usitata est ab Auctore, pro abutere; & lib. de Pallio cap. 4. & Apolog. & de Cor militis, ubi: ceterare patrem & matrem dicit. Ad quem locum recte Rhebanus: Eie-rare sine ciuitate, renuntiare est & abdicare. Unde illud apud Tacitum. Eiusdem magistru. Sic etiam paulo inferius: semel iam in sacramento testatione elegerat. Cui simile est, quod hic subiungit: Ceterum nonne ceteramus & recinamus signaculum, recinendo testationem eius. Quam Confessionem nuncupat supra cap. 4. qua renuntiat ille nos diabolo & pompae & angelis eius ore no-bis & ceteramur. Pertinet etiam hic illud B. Hieronymi ad Gerontium, de Manogamia. Hierophanta apud Athenas ceterat, (sua, ut alij legunt ceterat) vitium. Qua de re vide etiam infra Tom. 3. lib. de Praescript. adu. har. cap. 33. num. 185. Atque de Pronuntiatione rmu-lis: Pronocere arma, & desituere signa & sacramenta, vide nostra Prolegomena.

C A P. XXV.

186. An ille recogitabit eo tempore de Deo, &c.] Huius capiti titulum scribimus: Quo de Deo cogitare non possit in Spectaculis positus.

187. Ictuillas libidinum conflagellat.] Elegans compositio vocis: conflagellat, metaphorà sumpta ab igne, qui flabellò cinctillas, quantumvis exiguas, in ignem excitant.

188. & spongias retiariorum.] Spongias (inquit Tyrnebus, ubi supra) Retiarum ad sicandum vulnere sanguinem & reprimendum vebantur, cum sponnum visu veniret, ut cum Viris, alijque hostijs, aut cum Myrmillonibus depugnantes vulnerarentur, sepe non satis aduersus eos muniti, cum toti in reti iaciendo ierenti essent. Retiarum autem (Isidorus teste, ubi supra capite 14.) ita dicitur ab eo armatura genere, quod in Gladiatorio ludo contra alterum pugnan-tes occulte seriebant rete, quod iaculum appellatur, ut aduersarium custode insistente (sua potius infixo) operirent, implicitumque viri-bus superarent: quae armatura quadrabat Neptuno Tridentis cau-sa. Insuper Caius Caesar etiam cateruas Astorum Campanorum-que pugilum, uti est apud Sueton. cap. 8. Secutor vero (viri idem ha-bet Isidorus cap. 55.) ab inssequendo Retiarum dicitur. Gestabat enim custodem & massam plumbeam, quae aduersum iaculum im-pediret, ut, antequam ille feriret rete, ipse superaret: Hac arma-tura sacra erat Puleiano; ignis enim semper inssequitur, ideoque cum Retiatio componebatur, quia ignis & aqua semper inter se in-simul sunt. Atque eundem fuisse cum Secutore Myrmillonem patet ex illo Quintilianus lib. 6. cap. 3. Et Peto (inquit de Myr-millone, qui Retiarum consequebatur, nec feriebatur, Vitium, inquit, capere vult. Thrac e contrario videtur idem fuisse cum Retiatio, ex illo Ciceronis de Provine. conf. Rex (inquit) Ario-barxanes Consuldem vestrum ad eadem faciendam, tanquam ali-quem Thracem, conduceret, quippe qui occulte (ut modo diximus)

STILL
ERA

A

ferire soleant. Adit autem ibidem Isidorus [et omnia perstringens, eadem opera, Gladiatorum genera] Equestrem ludum cap. 133. qui Marti ob duellum sacrabatur, qualiter per Thessalos equites exhibuit Claudius apud Sueton. cap. 21. & cap. 56. Laqueatorum pugnam addit Isidorus, quorum erat fugientes iniecit laqueo impeditos proferre, (nam sic lego, pro: proficere) amicos umbone pellico. Denique c. 57. Velut qui vitro citroque tela obiectant. sic ditorum sine a velitatione, sine a ciuitate Hierosolymorum velite.

189. decalo (quod autem) in eorum. Vide inter Promerbiales formulas Prolegomena nostra. 190. illas manus quas ad Dominum extuleris. De manibus ad dominum extolli conuictis in sacrificio Christiano, vide libro de Orat. capite 3. & Adnotat. nostras ibidem num. 1. & 51. 191. ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, &c.] Et quod additur: de, aduersus alii dicere quam Christo, videtur loqui de Sacerdotibus, quos non pudebat Spectacula frequentare, quod etiam confirmatur ex precedentibus verbis: exclamationes ille alicuius Prophete retrahat, ac Psalmum secum comminiscetur, quia magis in illos quam Laicos competunt. Atqui similem locum Irene quoque de illo etc. aduersus adnotauimus ad dictum lib. de Oratione, num. 1. ubi de reliquis Missae ceremoniis latissime.

C A P. XXVI.

B

192. Cur ergo non eiusmodi, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod demonis fiant penetrabiles, qui Spectacula aduent.

193. Itaque in exorcismo, &c.] De Exorcismo vide infra libro de baptismo, qui etiam premitur iam ad initio Ecclesie consuevit, est autem exemplum, quod merito a Spectacula deterere debeat, sicut etiam id quod sequitur, de linteo in fomhis ostendo.

194. quid vitæ & mortis.] Quam istud non addatur apud Apostolum, videtur alludere ad illud Ecclesiastici 33. Contra mortem vitæ. Vide id ipsum infra libro de Idololatria, capite 13. n. 85.

C A P. XXVII.

195. Odisse debemus istos conuentus, &c. Titulum dedimus huic capiti: Quod odisse debeamus istos conuentus, in quibus nomen Dei blasphematur.

196. quotidiani in nos Leonés expofulantur.] Quæ de re aliquid diximus Apolog. capite 4. n. 52. ad illud: Christianos ad leonem: Quod ipsum ydem verbus reperitur libro de Referr. carnis. Paulopost lego ex ms. Sint dulcia licet, pro eo, quod erat corrupte: licet.

C

197. & benefactoris.] Similiter alicubi Ammianus: In vitæ (inquit) inuenti sunt asperi, ut neque igni neque saporatis indigent cibis, sed radicibus herbarum agrifolium, & femicruda cuiusvis percoris carne vescantur. Atque adeo accedit contentio Turneb. adu. l. 28. cap. 45. ut similiter legi debent apud Maronem.

Melle saporatum & meilecatis frugibus ossam. Melle enim (ut illi natis adnotauit) veteres in omni opere dulcivro vni soliti, quam saccharum prisci non nouerunt: pro quo etiam facit Auditor, ut quod Paulopost sequatur, fillicidia mellis. Legimus autem: Ita & diabolus lethale, quo conficit, pro: quod.

198. de libunculo venenato.] Ego sic omnino scribendum existimo, pro: luacunculo; ut ad libando deriuetur vox noua.

C A P. XXVIII.

199. Per situatorem faginetur eiusmodi, &c.] Caput hoc tali titulo inscribimus: Quod a Christianis nulla debeat in hoc saculo concupisci voluptas.

200. immo nimium stultus, si hoc existimas voluptatem.] Paulo aliter, sed in eandem sententiam (quandoquidem etiam Philofohorum auctoritate nitatur) Laclant. l. 6. c. 20. Deus (inquit) idcirco virtutem dedit, ut expugnaret ac vinceret voluptatē, eamque egredientem sine sibi datos, infra scriptum coereret, ne hominem iuauitatis delinquit & captum ditioni sua, subijceret, ac sempiterna morte multaret. Voluptas oculorum vicia & multiplex est, qua capitur ex aspectu rerum, que sunt in vultu hominum, vel natura, vel opere delectabile. Hanc Philofophi (Archytas nempe, Cato, Cicero) rectissime insulerunt. Aiuunt enim, multo esse praclarior, & homine dignus, celum potius quam cæliata inuici.

D

201. Philofophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati. &c.] Fortassis alludit ad Epicureos, qui quum summum bonum voluptatem dicerent, eam interpretatur Auditor Apolog. cap. 38. animi a quietem ex Cicer. l. 1. de Fin. bonorum. Eodem pertinet, quod habet Laclantius l. 3. c. 7. Epicurus summum bonum e voluptate animi esse censet; item illud c. sequ. apud eundem: Sapiens ergo non fuit, qui summum bonum crederet voluptatem, quoniam sine illa securitas (quam auditor quietem & tranquillitatem vocat) sine gaudium, communis est omnibus.

202. Metas.] Septem Metas (inquit Cassiodor. Variarum l. 3. c. 51.) omne certamen peragitur, in similitudine hebdomada reciprocæ. Ipsa vero Metæ secundum Zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas ad instar Solis celeres Quadrages perungunt. Arserunt proxima (vix adnotauit Vetus ad B. Angust. l. 2. de Citir. Dei c. 6.)

non parua in eorum sine stentibus ad finem Metarum, ne posterior dexteriorate stentibus priorem antecederet. Atque adeo huc pertinere illud Property:

Haud prius infecto depocit premia cursu, Septima quam Metam tulenti ante rota.

Et illud Suetonii in Domitiano cap. 4. Supplicatio; Circensium (inquit) die, quo facilius centum milibus pergerentur, singulis a septenis fustibus ad quina corrigant. Qui etiam tradit in Claudio cap. 21. quod Circum Maximum martorum carceribus (erat carceres, quibus equi coerebantur, ne longius progredierentur. Isidoro testis, sepedita lib. c. 22. ique xij. nu. mero. vix ex supradicta Circi de Crisprione manifestum est) auratisque Metis, que vitæque & opina (id est, ex vili tophe lapide) & illic ante fuerant, excolerit. Quo haud dubie spectat illud B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. vlt. Quod Theatrum (inquit) humanis manibus exstructum operibus Dei parit comparari? Magnus licet lapidum molibus exstruatur, crassa sunt mentium, & auro licet recta lacunaria refuleant, asporum fulgore vincuntur. Sunt autem qui scribunt (& consentit dicta de Crisprione) Metas extructas fuisse in formam conij, seu strus alicuius in acutum tendentis; ita dictas, quod in dimenso spatio sunt constructa. Atqui septem hæc spacia circum Metas teste Isidoro, ubi supra, capite 37.) creta signabantur. Atque hoc est, quod dicit Plinius libro 36. cap. 17. Est vtilissima creta, qua Circum præducere ad victoria notam instruerunt maiores. Quod quomodo factum, Cassiodorus loco citato memorat: Alba (inquit) linea non longe ab ostii in ortumque podium, quasi regula directæ, produciuntur, & quadrages progredientibus inde certamen oritur, ne dum semper potere conatur didere fustibus volupantem, viderentur populi abrogare. Qui Podium circumque vocat locum spectaculi accommodatum infra palpit exporrecti, ut conueniens spectare liceret.

C A P. XXIX.

203. Iam nunc si putas, &c.] Contrarium precedenti titulum hic posuimus: Quod longe maiores voluptates a Deo contributas habeamus, quale quid habet etiam B. Cypr. vlt. cap. l. de Spectaculo, præterquam quod alius voluptates recensat, quas licet capere ex saculi huius cursu longe latius.

204. quam Dei Patris & Domini reconciliatio, &c.] Ista periculosus ad beneficia Baptismi pertinet, de quibus omnibus laus lib. de Baptismo.

205. quod calcas Deos nationum, &c.] Istud ad Gratiarum diuisiones pertinet, de quibus Apost. 1. Cor. 12. Alii quidem datur per spiritum sermo sapientie quo calcat (ut Tertull. inquit) Deus gentium; alii fides sine operatio virtutum in eodem spiritu, qua demonia expellit; alii gratia sanctorum, qua medicina facit; alii prophetia, qua reuelationes patit; alii dilectio spirituum, qua Deo vult.

206. in his tibi ludos Circenses, &c.] Pulchre hic ad mores Christianos accommodatæ est, que ad Circenses ludos spectant, cursus, tempora, metas, societatis signum, tubam, & palmam denique, de quibus omnibus alicubi supra, exceptis temporibus. Quo pertinere videtur illud Cassiodori variarum lib. 3. epist. 51. Nec vao (inquit) quod vixit quatuor mensibus conditio huius certaminis expeditur, ut dei notique hore tali numero clauderentur. Quod ipsum quum obcurum sit, videtur sentire quod singulo vixit quatuor mensibus renouari soleant ludi Circenses.

207. Si Scenice doctrinæ delectant, &c.] De his supra late num. 157. Hic præterea exprimit in Scenis vixata, licitas versus, sententias, cantica, voces, fabulas, & strophas, & contrariis exhortatur ad cantica Ecclesiastica, quemadmodum etiam B. Chryso. hom. 2. in Matthe. de quibus aliquid diximus initio libri de Oratione num. 1. & plura Apolog. cap. 39. num. 520. quemadmodum & de sacularum literarum commemoratione ibidem num. 501.

208. Vis & pugillatus & luctatus &c.] Plurals numero versus pugillatus autem voce vixitur & Plautus Capitulis, & Luctatus Plinius lib. 8. capite 12. & pro 32. capite. 2. Est autem similis locus apud B. Chryso. hom. 31. in Ioanem, & in Psychomachia Prudentis, ubi alpicere est, impudicium (su libidinum & calitare seu pudicitia delectat, perfidiam sine Idololatriam cælam a fide; contumaciam ira nomine a misericordia, quam patientiam ille vocat, contumaciam irantiam denique luxuria titulo; a modestia, que est subritas, obumbratam. Sin enim lego proptus pro eo quod erat adumbratam.

209. Vis autem & sanguinis, &c.] Sanguinis a Christo effusi memoriam obijcit sanguinarij voluptatibus.

C A P. XXX.

210. Quale autem Spectaculum in proximo est, &c.] Proferimus hoc caput inscripsimus: Quod multo ampliora Spectacula sunt Christianis iudicii de expectanda. Quomodo Tertullianus in proximo esse dicit, alibi, nisi fallor, libris aduersus Marcionem laus, ne his prolixiores simus. B. Cyprian. sub finem libri de Spectaculis, hortatur Christianos ad Spectacula miraculorum cordis & redempti mundi, nisi quod etiam addat postremo loco, diabolus illum, qui totum detriumphaucrat mundum, sed pedibus Christi iacentem Spectatum iri, quod hic etiam infra insinuat.

211. quale regum exinde iustorum i quali ciuitas noua iustalem: Istud fortassis ad errorē Mithrasorum pertinet, de quo la-

A
 210. inter errores Tertulliani nostra in Prolegomenis, quemadmodum
 & illud quod subicitur: de rotisculi natiuitatibus.
 211. Item Prædices, persecutores Domini nominis, &c.]
 Tum ex hoc loco, tum ex superioribus, de quo supra num. 146. patet. Li-
 brum huic in ipsa perfectione Christianorum conscriptum fuisse. Le-
 gemus autem ex MS. insinuationibus contra Christianos, pro eo, quod
 erat corruptissime Christianos.
 212. quibus animas aut nullas, &c.] De duobus his Philo-
 sophorum erroribus latius lib. de Asiatica. & de Resurr. carnat. aliqua et-
 iam diximus de postremo. Apolog. in 7.º capite a 8.
 214. non ad Rhadamantia, necad Minois,] De his etiam di-
 ximus Apolog. cap. 23. num. 368. ubi similis est locus.
 215. non in gymnasiis.] Gymnici ludilocus (inquit lib. 18. su-
 pra dicti lib. cap. 17.) Gymnasium dicebatur, ubi exercebantur
 Athletæ. & curiosorum velocitas comprobabatur: ita dictum, quod iu-
 uenendi exercebantur. Hinc accidit, ut omnium prope Artium ex-
 ecitia Gymnasia dicantur. Sic & Castodorus Variarum lib. 5. epist.
 21. Offensus (inquit) iuuenes nostri bellis, quod in Gymnasio didi-
 cere virtutis: Scilicet Martia mittat examina.
 216. Hic est ille (dicam) fabri aut questurii filius,] Omnino
 sic lego, pro: questuaria. Neque enim legimus usquam Christum nisi
 fabri filium, nempe Marti. 13. ubi vox Græcæ non modo fabrum, sed
 & questuarium significat. Argui de Discenibus, pro discipulis,
 alibi.
 217. vel hortulanus detrahit ne lactuca suæ frequentia com-
 meatum lederetur.] Ironicè hac videtur irridere aliquam illo-
 rum hereticorum, qui Christum vere passum negant, Marcionem
 nempe, Cardonem eius magistrum, & autem eos Basilidem, & Simo-
 nem Magum.
 218. & vitæ caueca.] Intelligi caueam & Theatri, & Am-
 phiteatri. De Cauea Theatri Scavini meminit & Plinius l. 36. c. 17.
 & media caueæ mentionem facit Sueton. in Claudio, cap. 21. &
 Virgilius dicit totum caueæ confisum. Qui omnes videntur acce-
 pere caueam pro theatroparte Theatri, in qua erat confisus spectan-
 tium: & similiter Castodorus lib. 4. Variarum, epist. 52. his verbis:
 Caueas illas facis pendentes abstridat, ita iuuenturis absconditis
 in formas pulcherrimas conuenisse, ut cryptas magis excelis montis
 crederes, quam aliqui fabricatum esse iudicares. Sic etiam Cicero
 lib. de Senectute de eo, qui in prima cauea spectat, & eo, qui in vltima.
 Item dicitur hoc loco & Chrysofostomus de Calendis, item August. l.
 1. de Conser. Euang. c. 17. Caueam accipiunt pro arca in medio
 Theatri aut Amphiteatri, ad imitationem caueæ ferarum vniuersi-
 tatis, primum clausis seu clauftris ligneis deinde ferreis, denique
 & carnis, uti supra diximus c. 8.

norem Idololorum, siue expressionem in bractea, aut insignibus eo-
 rundem.
 Deinceps Professionem Astrologorum Mathematicorum, Ma-
 gorum. Idololatria obnoxia est tradit.
 Item & Ludimagistros, ceterosque litterarum professores ad-
 fines esse multimode Idololatriæ, qui eorundem solemnia obser-
 uent, quum etiam fidelium sit magis dicere quam docere litteras.
 Quum etiam negotiationes mercium earum, que ad Idololatri-
 am pertinent.
 Et vero necessitates humanas minime prædicat omnia excu-
 sare, quod fidei semel obsequatæ sint contraria, atque adeo pro-
 pter Dominum derelinquenda Apostolorum exemplo.
 Porro non solum à sacrificijs & sacerdotijs Idololorum & Specta-
 culis (de quibus alio volumine) sed & à festijs illorum diebus abstin-
 endum, etiam extraordinarijs.
 Neque in his placere nos ethnicis posse, vt eos lucrificamus,
 quod nomen Dei blasphemetur, quando Saturnalia, Ianuaria,
 idque genus alia à Christianis frequentantur, quum ipsi contra-
 rio non octauo quoque die Dominicam diem, non Pentecosten,
 immo nullam Christianorum solemnitatem obseruent.
 Immo neque sollempnibus Cesarum tabernis, seu ianuas Chri-
 stianorum lucernis ornandas, aut laureis coronandas, tum quod
 omnis Idololatria ab hominum cultura caperit, & ipsos Deos
 Nationum homines retro fuisse constet, tum quod & Ostiorum
 dijs varijs apud Romanos, tum denique quod Magistratibus subdi-
 tos quidem esse oporteat, sed intra limites Christiane discipline.
 Aliud esse iudicium de communibus aut priuatis sollempnitati-
 bus & donsalium, & nuptiarum, nisi qui interijt illorum Idol-
 olorum sacrificijs.
 Neque vero etiam seruis licere ministrare esse Idololatriæ.
 Omnem item superfluum vestium ornatum & honorum ap-
 paratum, maxime qui idololatria dicitur sit, ab initio in diabo-
 li pompa damnatum esse.
 Item & militum, cui necessitas sit immolationum vel capita-
 lium iudiciorum, eamque in qua militandum sit sub signo diabo-
 li, cui non conuenit cum signo Christi.
 Quum autem conuersatio diuine discipline etiam verbis peri-
 clitetur, ne Idola Deos vocemus, interdicitur; item & deieratio-
 nem omnem; exempli gratia; Me Hercule, Me Dius fid-
 dias, & similia.
 Perinde etiam esse, siue iuret quis per Idola, siue ab alio adiu-
 rarus adque sciat siue per litrem dicat, Iupiter tibi sit iratus, siue
 respondeat: Immo tibi.
 Eque etiam, benedici per Deos Nationum, Christo initiatum
 non debere permittere; exempli gratia, si elemosynam accipiens
 Deos suos propitios ethnicis imprecetur, respondendum, Dei
 causa id factum esse.
 Postremo neque pecuniam ab ethnicis mutuantes Christianos
 iuratos cauere posse, quum aque stylo & scripto, etiam alio di-
 ctante, atque verbo Christus negetur.
 Epilogo denique breui concludit, inter hos scopulos, inter hæc
 vada & freta Idololatriæ, religiosare debere fidem Dei tutam &
 securam.
 Ceterum huiusmodi verum Tertullianicum esse, vel ex eo con-
 stat, quod his verbis citet suprascriptum Spectaculorum librum. c. xiii.
 De Spectaculis autem & voluptatibus eiusmodi, suum
 iam volumen impleuimus. Viderunt etiam iam olim B. Cy-
 prian. qui adinstar conscriptit librum de Idololorum vanitate, &
 B. Isidorus, qui Etymol. lib. 8. cap. vlt. verbis ipsi vtriusq. 3. huius
 libri, ubi agit de vocabuli Idoli interpretatione. Quod itaque Tri-
 themius & Politianus hunc præterierunt, hinc factum, quod nu-
 spiam exemplar ms. repererunt. Certe Gagneus sua editione ex
 ms. Gallico codice illum edidit, & post illum ex Britannico Le-
 landi codice quam accuratissime per Sigismundum Gelenicum cas-
 sigatus est, vsque adeo, vt vix vllus hiatus, aut corruptus super-
 ste locus. De qua eius diligentia tanto magis nobis congratulan-
 dum, quod nullus etiam mihi MS. codex contingere potuerit.
 Nostris interim Adnotationibus hæud parum illu-
 stratus, Deo fauente, nunc primum
 prodit.

E
 IX.
 X.
 XI.
 XII.
 XIII.
 XIV.
 XV.
 F
 XVI.
 XVII.
 XVIII.
 XIX.
 XX.
 XXI.
 G
 XXII.
 XXIII.
 XXIV.
 H

STILL
 ERA

ARGUMENTVM LIBRI
 DE IDOLOLATRIA PER IA-
 cobum Pameliu.

A
 B
 C
 D
 E
 F
 G
 H
 I
 II
 III
 IV
 V
 VI
 VII
 VIII

ROS LIBRUM de Spectaculis editum (vri in-
 fra patet cap. xij.) quantumvis adhuc du-
 rante persecutione, cupiens Tertullianus etiã
 reliquas Idololatriæ species in vniuersum röl-
 lere, hinc sibi conscribendum putauit, ne dis-
 tinctius Christiani ignorantia crassa Laborarent,
 excusimantes, in solo Idololorum cultu Idololatriam consistere.
 Imprimis autem docet, omnia crimina in Idololatria crimi-
 ne, & in omnibus Idololatriam deprehendi.
 Deinde in multis venas eam defundi, & multifariam seruos
 Dei subuertere.
 Ita ad originem Idololatriæ, & interpretationem vocabuli
 descendens, Idola esse ostendit habenda, non solum hominis effi-
 gie consecrata, sed quæcumque simulacra.
 Agens deinde aduersus consecratos Idololorum, Christianos, o-
 stendit, tam fieri quam coli prohibita Idola.
 Neque se excusare illos posse prætextu operationis manuum ab
 Apostolo prescriptæ, que intelligitur de Artibus, quas Ecclesia Dei
 recipit, neque à Deo sunt prohibita.
 Maxime quod renunciantes Diabolo & angelis eius, illis repa-
 dum dixerimus; quippe quibus plures Deos, eosque falsos factio
 consecrantur, atque adeo eosdem colant, qui faciunt vt coli pos-
 sint.
 Quod denique zelus fidei prohibeat Christianum ab Idolis in
 Ecclesiam venire, ad tollere ad Deum Patrem manus matres Idol-
 olorum, his manibus adorare, easque ad mouere corpori Domini,
 que Demonij corpora conferunt; multo vero magis in Ordinem
 Ecclesiasticum adlegi artifices Idololorum, quorum manus potius
 amputanda, quibus quotidie corpus Christi laceant quibus Do-
 mini corpus scandalizatur.
 Eandem esse rationem fabricæ templi, aræ adicule domus, in bo-
 Terrulliani Opera.

P
 Q. SEPTI.